



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio VIII. De cognitione angelorum. Et habet articu. 17.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

QVÆST. VIII. DE COGNITIONE, ANGEL. ART. I.

vita gloriæ est prior secundum viam perfectionis: F  
vt finis his, quæ sunt ad finem.

ARTICVLVS VIII.

*Vtrum sicut dicitur liber vite, possit dici liber mortis.*

Gloss. ordi-  
naria ibi.

**O**CTAVO quaeritur, vtrum possit dici liber  
mortis, sicut dicitur liber vite. Et videtur qd  
sic. Luc. 10. super illud, Gau dete, quia nomina ve-  
stra, dicit glo. Si quis caelestia siue terrestria gesse-  
rit per hoc quasi literis annotatus apud Dei me-  
moriã eternãlter est afixus: sed sicut per ope-  
ra caelestia, quæ sunt opera iustitia, aliquis ordina-  
tur ad vitam, ita per opera terrestria quæ sunt ope-  
ra peccati ordinatur ad mortẽ. ergo sicut in Deo  
est conscripção ordinata ad vitam, ita est ibi con-  
scripção ordinata ad mortẽ. ergo sicut in Deo di-  
citur liber vite, ita & liber mortis.

¶ 2 Præc. Liber vite in Deo non ponitur nisi in-  
quantum apud se conscriptos habet quos ad eter-  
na præmia preparauit, ad similitudinem eius, qd  
princeps terrenus conscriptos habet illos quos ad  
aliquas dignitates determinauit: sed sicut prin-  
ceps ciuitatis habet descriptas dignitates, & præ-  
mia, ita etiam parras, & supplicia, ergo & similiter  
apud Deum debet boni liber mortis.

¶ 3 Præc. Sicut Deus cognoscit prædestinationẽ  
suam qua alios preparauit ad vitã, ita cognoscit  
reprobationẽ suam qua alios preparauit ad mor-  
tem: sed ipsa notitia, quam Deus habet de sua præ-  
destinatione dicitur liber vite, vt dictum est, ergo  
& notitia reprobationis debet dici liber mortis.

Art. 1. lu-  
sus quæst.

**S**ED CONTRA, Secundum, Dionysium  
in libro de Diuinis nominibus, in principio, De  
diuinis non est audendum aliquid dicere, nisi  
quod est per authoritatem sacræ scripturæ intro-  
ductum: sed liber mortis non inuenitur in scri-  
ptura dici de Deo, sicut liber vite. ergo non de-  
bemus ponere librum mortis.

Cap. 1. pa-  
rum a prin-  
cipio.

**R**ESPON. Dicendum, quod de eo, quod in li-  
bro scriptum habetur, habet aliquis aliquam noti-  
tiam præ alijs priuilegiatam. Vnde & respectu illo-  
rum scitorũ a Deo liber dici debet de quibus ali-  
quam specialem notitiam præ alijs habet. Est au-  
tem in Deo duplex cognitio, scilicet simplicis no-  
titia, & scientia approbationis. Scientia simplicis  
notitiæ communis est omnibus bonis & malis,  
scientia autem approbationis est bonorum tan-  
tum. Et ideo boni habent aliquam priuilegiatam  
cognitionem in Deo præ alijs, ratione cuius in li-  
bro conscribi dicuntur: nõ autẽ mali, & ideo nõ  
dicitur liber mortis si cut dicitur liber vite.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod quidã ope-  
ra caelestia exponunt de operibus contemplatiue  
vite, opera autem terrestria de operibus actiue.  
per vtraque autem aliquis conscribitur ad vitam  
non ad mortem, & ita vtraque conscripção ad li-  
brum vite pertinet, & neutra ad librum mortis.  
Quidam vero per opera terrestria intelligunt ope-  
ra peccati, per quæ quãuis aliquis per se loquen-  
do ordinetur ad mortem, tamen per accidens ali-  
quis ordinatur ad vitam, in quantum aliquis post  
peccatũ resurgit cautiõr, & humiliõr. Vel potest  
dici, & melius, quod cum dicitur aliquid per alte-  
rũ cognosci, hoc potest intelligi dupliciter. Vno  
modo vt preposito designet causam cognitionis  
ex parte cognoscẽtis, & sic non potest intelligi in  
proposito, quia opera quæ quis facit bona vel ma-  
la non sunt causa neq; diuinæ præscientiæ vel præ-  
destinationis, neque reprobationis eternæ. Alio

modo vt designet causam ex parte cogniti, & sic  
intelligitur in proposito, dicitur, n. aliquis esse an-  
notatus apud Dei memoriã per opera, que ges-  
sit: non quia huiusmodi opera sint cã quare Deus  
cognoscit, sed quia Deus cognoscit, quod propter  
huiusmodi opera aliquis habiturus est mortem,  
vel vitam. vnde patet quod glossa illa non loquitur  
de conscripção vite, quæ pertinet ad librum  
vite, quæ est ex parte Dei.

**A**D SECVNDVM dicendum, quod aliqua conscri-  
buntur in libro, vt perpetuo in notitia maneat.  
Illi autem, qui puniuntur per penas ipsas extermi-  
nantur a notitia hominum, & ideo non conscri-  
buntur, nisi forte ad tempus quousq; eis pena re-  
figatur. Sed illi qui deputantur ad dignitates, &  
præmia conscribuntur simpliciter, vt qualis per-  
petua memoria habeantur.

**A**D TERTIVM dicendum, qd de reprobis Deus  
non habet notitiam priuilegiatam, sicut de prece-  
stinatis, & ideo non est simile.

QVÆSTIO OCTAUA.

De cognitione Angelorum.

In decem, & septem articulos diuisa.

¶ Primo enim quaeritur, Vtrum Angeli videant  
Deum per essentiam.

¶ Secundo, Vtrum intellectus Angeli, vel homi-  
nis beati essentiam diuinam comprehendat.

¶ Tertio, Vtrũ Angelus ex proprijs naturalibus ad  
videndũ Deũ per essentia pertingere possit.

¶ Quarto, Vtrum Angelus videns Deum per es-  
sentiam omnia cognoscat.

¶ Quinto, Vtrum visio rerum in verbo sit per ali-  
quas similitudines rerum in intellectu angelo  
existentes.

¶ Sexto, Vtrum Angelus cognoscat scripturam.

¶ Septimo, Vtrũ vnus Angelus alium intelligat.

¶ Octauo, Vtrũ Angelus materialia cognoscat per  
aliquas formas, vel per essentia sui cognoscat.

¶ Nonno, Vtrũ forme per quas Angeli cognoscunt  
res materiales sint innatae, vel a rebus acceptae.

¶ Decimo, Vtrũ Angeli superiores habeat cogni-  
tionẽ per formas magis vniuersales, q̃ inferiores.

¶ Vndecimo, Vtrũ Angelus singularia cognoscat.

¶ Duodecimo, Vtrum Angeli futura cognoscat.

¶ Tertiodecimo, Vtrum Angeli occulta cordium  
scire valeant.

¶ Quartodecimo, Vtrum Angeli similes multos  
cognoscat.

¶ Quintodecimo, Vtrum Angeli cognoscat  
discurrendo de vno in aliud.

¶ Sextodecimo, Vtrum in Angelis distinguitur  
beat cognitio matutina, & vespertina.

¶ Decimo septimo, Vtrũ cognitio Angelica per ma-  
tutinã, & vespertinã sufficienter distinguitur.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum Angeli videant Deum per essentiam.*

**Q**VÆSTIO est de cognitione Angelorum. Et  
primo quaeritur, vtrum Angeli videant Deum  
per essentiam. Et videtur quod non. dicitur enim  
per Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam: super quod  
dicit Chrysost. Sed nec ipse dico caelestes esse  
scilicet ipsa Cherubim, & Seraphim ipsum, vnde, vt  
quoniam

quam videre poterit: sed quicumque videt Deum per essentiam, videt ipsum, ut est. ergo Angelus non videt Deum per essentiam.

¶ 2 Præ. Exod. 33. super illud, Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, &c. dicit glossa. substantiam Dei, nec hominum, nec Angelorum quisquam, sicut est, unquam videre potuit: & sic idem quod prius.

¶ 3 Præ. Secundum Augustinum. Desiderium est rei non habita: sed Angeli desiderant in Deum prospicere, ut dicitur in 1. Petri 2. ergo Deum per essentiam non videt.

¶ 4 Præ. Chrysolomus super Ioannem dicit. Ipsum quod est Deus, non solum Prophetarum, sed nec Angelorum, nec Archangelorum videre poterit, & sic idem quod prius, quia ipsum quod est Deus, est essentia Dei.

¶ 5 Præ. Omne quod videtur ab intellectu, per aliquam formam videtur: si ergo intellectus videt essentiam Dei, oportet quod per aliquam formam eam videat: sed non potest ipsam videre per ipsam divinam essentiam, quia forma qua intellectus intelligit, facit eum intellectum in actu, & sic est actus eius: & sic oportet quod ex ea, & intellectu efficiatur unum, quod non potest dici de divina essentia, quæ non potest venire, ut pars in constitutionem alicuius, ergo oportet quod Angelus intelligens Deum videat eum mediante aliqua alia forma, & sic non videt eum per essentiam.

¶ 6 Præ. Intellectus dicitur esse proportionatus intelligibili, cum intelligibile sit perfectio intelligens: sed nulla potest esse proportio inter essentiam divinam, & intellectum angelicum, quia in infinitum distat, & talium nulla est proportio. ergo non potest Deum Angelus per essentiam videre.

¶ 7 Præ. Nullus assimilatur alicui nisi secundum similitudinem eius receptam in ipso: sed intellectus Angeli cognoscens Deum assimilatur ei, cum omnis cognitio sit per assimilationem. ergo oportet quod cognoscat eum per similitudinem, & non per essentiam suam.

¶ 8 Præ. Quicumque aliquid per essentiam cognoscit, cognoscit de eo, quod est: sed ut patet per Dionysium, & Damascenum, de Deo non potest sciri quid est, sed quid non est. ergo nullus intellectus potest videre Deum per essentiam.

¶ 9 Præ. Sicut dicit Dionysius in Epistola ad Caium, in Deo tenebræ describuntur propter superabundantiam eius claritatem, & propter hoc quod absconditur omni lumini, & occultatur omni cognitioni: sed claritas divina, non solum excedit intellectum nostrum, sed etiam Angelorum, ergo eorum cognitioni claritas divina essentia absconditur.

¶ 10 Præ. Dionysius sic arguit in primo capite de Divinis nominibus. Omnis cognitio est existens: sed Deus non est existens, sed superexistens. ergo non potest cognosci nisi superessentiali cognitione, quæ est cognitio divina.

¶ 11 Præ. Sicut dicit Dionysius in Epistola ad Caium. Si quis videns Deum intellexit, quod vidit, non ipsum vidit, sed aliquid eorum, quæ sunt eius. ergo Deus per essentiam a nullo intellectu creato videtur potest.

¶ 12 Præ. Quanto visus est fortior, tanto aliquid magis remotum videri potest ab eo. ergo infinite distans videri non potest, nisi a visu infinite virtutis: sed essentia divina in infinitum distat ab omni intellectu creato. cum ergo omnis intellectus creatus sit finitæ virtutis nullus intellectus creatus poterit videre Deum per essentiam.

¶ 13 Præ. Ad cognitionem quamlibet requiritur iudicium: sed iudicium non est nisi superioris de

A feriori. cum ergo nullus intellectus sit superior divina essentia, nullus intellectus creatus Deum per essentiam videre potest.

¶ 14 Præ. Ut Boetius dicit, iudicium est actus iudicantis. ergo iudicatum se habet ad iudicium ut passum: sed divina essentia non potest se habere ut passum respectu alicuius intellectus creati. ergo intellectus creatus Deum per essentiam videre non potest.

¶ 15 Præ. Omne illud quod per essentiam videtur, intellectu attingitur: sed nullus potest attingere ad illud, quod in infinitum distat ab ipso. ergo intellectus Angeli non potest videre essentiam Dei quæ in infinitum distat ab eo.

**S E D C O N T R A** est quod dicitur Matth. 18. Angeli eorum semper vident faciem patris. faciem autem patris videre, est videre essentiam ipsius. ergo Angeli vident Deum per essentiam.

¶ 2 Præ. Angeli beati hoc modo vident Deum, sicut nobis promittitur in statu beatitudinis: sed nos videbimus Deum per essentiam, ut patet per illud primæ Ioan. 3. Videbimus eum sicuti est. ergo & Angeli vident Deum per essentiam.

¶ 3 Præ. Angeli cognoscunt eum a quo facti sunt: sed ipsa essentia divina est causa Angelorum. ergo essentiam divinam vident.

¶ 4 Præ. Omne quod videtur, videtur per essentiam suam, vel per similitudinem: sed in Deo non est aliud similitudo, & essentia: quia quicquid est in Deo, Deus est. igitur cum Angeli Deum videant, vident eum per essentiam suam.

¶ 5 Præ. Intellectus est fortior in cognoscendo, quam affectus in diligendo: unde dicit Augustinus. præcedit intellectus, sequitur tardus, aut nullus affectus: sed Angeli diligunt divinam essentiam. ergo multo magis vident eam.

**R E S P O N D E N D U M.** Dicendum, quod circa hanc questionem quidam erraverunt dicentes, Deum per essentiam a nullo unquam intellectu creato videri posse, attendentes distantiam, quæ est inter intellectum creatum, & divinam essentiam. Sed hæc positio sustineri non potest cum sitharetica. Cõstat enim, quod cuiuslibet intellectualis creatura beatitudo consistit in sua perfectissima operatione. Illud autem, quod est supremum in qualibet creatura rationali, est intellectus. Unde oportet quod beatitudo cuiuslibet creature rationalis in nobilissima visione intellectus consistat. nobilitas autem intellectualis visionis est ex nobilitate intellectus: sicut etiam dicit Philosophus in 10. Ethic. quod perfectissima operatio visus, est visus bene dispositi ad pulcherrimum eorum, quæ cadunt sub visu. Si ergo creatura rationalis in sua perfectissima visione non perveniat ad videndum divinam essentiam, beatitudo eius non esset ipse Deus, sed aliquid sub Deo, quod esse non potest: quia ultima perfectio cuiuslibet rei est, quando pertingit ad suum principium. Ipse autem Deus omnes creaturas rationales immediate condidit, ut fides nostra tenet. Unde oportet secundum fidem, ut omnis creatura rationalis, quæ ad beatitudinem pervenit, Deum per essentiam videat. Sed oportet nunc considerare, & intelligere quis sit modus videndi Deum per essentiam. In omni siquidem visione oportet ponere aliquid, quo videns visum videat: & hoc est vel essentia ipsius visus, sicut cum Deus cognoscit scriptum, vel aliqua similitudo eius, sicut homo videt lapidem. Et hoc ideo, quia ex intelligente, & intelligibili oportet aliquo modo fieri

5. de Conf. profa 5.

Sermo 8. super illud. Cognoscitur alicuius modo 8.

Cap. 9. circa median 10. 5

Dama. lib. 1. cap. 8. de Div. no. & in ill. Theologic. Dio. 1. epist. ad Caium in prim. tenebræ in prim. cap. 10.

a medio 10. 5

feri in intelligendo vnum non autem potest dici  
 q̄ essentia Dei videatur ab aliquo intellectu crea-  
 to per aliquam similitudinem. In omni n. cogni-  
 tione, quæ est per similitudinem, modus cogni-  
 tionis est secundum conuenientiam similitudinis  
 ad illud, cuius est similitudo: & dico conuenien-  
 tiam secundum representationem, sicut species in  
 anima conuenit cum re, quæ est extra animam non  
 secundum esse naturale. Et ideo si similitudo defi-  
 ciat a representatione speciei, non autem a repræ-  
 sentatione generis, cognoscetur res illa secundum  
 rationem generis, non secundum rationem spe-  
 ciei. Si autem deficiat etiam a representatione gen-  
 eris, repræsentaret autem secundum conuenien-  
 tiam analogiæ tantum, tunc nec etiam secundum  
 rationem generis cognoscetur, sicut si cognosce-  
 retur substantia per similitudinem accidentis. Ois  
 autem similitudo diuinæ essentia in intellectu re-  
 cepta, non potest habere aliquam conuenientiam  
 cum essentia diuina, nisi analogice tantum. Et ideo  
 cognitio, quæ esset per talem similitudinem, non  
 esset ipsius Dei per essentiam, sed multo imperfe-  
 ctior, quam si cognoscetur substantia per simi-  
 litudinem accidentis. Et ideo illi, qui dicebant q̄  
 Deus per essentiam non videtur, dicebant quod  
 videbitur quidam fulgor diuinæ essentia, intelli-  
 gētes per fulgorem illam similitudinem lucis in-  
 creata, per quam Deum videre ponebant, deficiē-  
 tem tamen a representatione diuinæ essentia, si-  
 cut deficit lux recepta in pupilla a claritate quæ est  
 in Sole: unde non potest desigri acies videntis in  
 ipsam Solis claritatem, sed videt inspiciens quosdā  
 fulgores. Restat ergo ut illud, quo intellectus crea-  
 tus Deum per essentiam videt, sit essentia diuina:  
 Non autem oportet quod ipsa diuina essentia fiat  
 forma intellectus ipsius, sed quod se habeat ad ip-  
 sum ut formam, ut sicut ex forma, quæ est pars rei,  
 & materia efficitur vnus ens actus, ita licet dissimili  
 modo, ex essentia diuina, & intellectu creato fiat  
 vnum in intelligendo dum intellectus intelligit,  
 & essentia diuina per se ipsam intelligitur. Qualiter  
 autē essentia separata possit coniungi intellectui,  
 ut forma, sic ostendit Commen. in 3. de Anima.  
 Quando cumq; in aliquo receptibili recipiuntur  
 duo, quorum vnum est altero perfectius, propor-  
 tio perfectioris ad minus perfectum, est sicut propor-  
 tio forme ad suum perfectibile: sicut lux est p-  
 fectio coloris, quādo ambo recipiuntur in diapha-  
 no. Et ideo cum intellectus creatus, qui inest sub-  
 stantia creatæ, sit imperfectior diuinæ essentia in co-  
 existente, comparabitur diuinæ essentia ad illum in-  
 tellectum quodammodo, ut forma. Et huius exē-  
 plum aliquale in rebus naturalibus inueniri potest.  
 Res n. per se subsistens non potest esse alicuius ma-  
 terie forma, si in ea aliquid de materia inueniatur,  
 sicut lapis non potest esse alicuius materie forma,  
 sed res per se subsistens: quæ materia caret, potest  
 esse forma materia, sicut de anima patet. Et simi-  
 liter quodammodo essentia diuina, quæ est actus  
 purus, quāuis habeat esse distinctum omnino  
 ab intellectu, efficitur tamen ei, ut forma in intelli-  
 gendo. Ideo dicit Magister in 2. dist. secundi sen-  
 tentiarum, quod vnio corporis ad animam rō-  
 nalem est quoddam exemplū beatæ vnionis spī-  
 ritus rationalis ad Deum.  
 Ad PRIMVM ergo dicendum, quod cum dicitur,  
 hoc videtur ut est, potest intelligi dupliciter. Vno  
 modo, ut modus quo res visa est, cadat sub visione.  
 hoc est dictū, ut videat in re visa ipse modus quo

res est, & hoc modo Deus ut est ab angelis ut  
 videbitur a beatis, quia videbunt essentia eius ha-  
 bere illū modū quē habet, & sic intelligit quod in-  
 betur primæ Ioan. 3. Videbimus eū sicut est. Alio  
 modo potest intelligi, ut modus predictus conformetur  
 visioni vidētis, ut scilicet talis sit modus visio-  
 nis ipsius, qualis est modus essentia rei i se, & sic  
 a nullo intellectu creato potest Deus videri ut est, quia  
 impossibile est ut modus visionis intellectus crea-  
 ti sit ita sublimis sicut modus quo Deus est, & hoc  
 modo intelligendum est verbum Chrysostomi.  
 Et similiter dicendum est ad secundum, & tertium  
 & quartum.  
 Ad QVINTVM dicendum, quod forma que in-  
 tellectus vidētis Deum per essentiam videt, Deus  
 est ipsa essentia diuina, nec tamen sequitur quod  
 sit forma, quæ est pars rei in essendo: sed quod se  
 habeat hoc modo in intelligendo, sicut forma  
 quæ est pars rei in essendo.  
 Ad SEXTVM dicendum, quod proportio proprie  
 quando nihil est aliud, quā habitudo quantitatis  
 ad quantitatem, sicut quod equalis sit vna alteri vel  
 tripla, & exinde trāslatū est nōmē proportionis,  
 ut habitudo cuiuslibet ad aliam alterā proportio  
 ninetur, sicut dicitur, quod equalis est proportio ma-  
 ior inquantū se habeat ad formā ut materia eius,  
 nō considerata aliqua habitudine quantitatis, & si-  
 militer intellectus creatus est proportio maior ad  
 vidēdū diuinā essentiam, inquantū se habeat ad ip-  
 sam quodammodo, ut ad formā intelligibilem, quā  
 secundum quantitatem virtutis, nulla possit ratio  
 proportio propter distantiam infinitam.  
 Ad SEPTIMVM dicendum, quod ad cognitionem  
 nō requiritur assimilatio, nisi pp hoc recognos-  
 scens aliquo modo cognito vniatur, per hoc  
 autē est vnio qua vnitur ipsa res per essentiam suā  
 intellectui, quā si vniretur per similitudinem suā.  
 Et ideo quia essentia diuina vnitur intellectui crea-  
 to, ut forma, non requiritur quod ad eā correspon-  
 deat aliqua eius similitudine in formam, quā  
 mediante cognoscatur.  
 Ad OCTAVVM dicendum, quod authoritas illa Diony-  
 syj & Damasceni intelligēda est de visione qua  
 intellectus vtiator videt Deum per aliquam  
 formam, quia illa forma deficit a representatione  
 diuinæ essentia, & ideo per eam nō potest videri  
 diuina essentia, sed tū cognoscitur, quod Deus est  
 super illud, quod de ipso intellectu repræsentatur,  
 unde illud quod est remanet occultum. Et hoc est  
 nobilissimus modus cognitionis ad quem pertine-  
 nire possumus i via. Et ideo nō videmus de Deo  
 quid est, sed quid non est. Sed ipsa diuina essentia  
 sufficienter repræsentat se ipsam, & ideo quāuis  
 sit intellectui, ut forma, de ipso Deo videtur non  
 solum, quid non est, sed etiam quid est.  
 Ad NONVM dicendum, quod diuina claritas intel-  
 lectum vtiatoris excedit quātum ad duo. Excedit  
 enim ipsam virtutem intellectivam, & ex hoc  
 quiritur, quod non sit tanta perfectio visionis  
 vtiatoris, quanta est perfectio essentia sue, quia effi-  
 cacia actionis mensuratur secundum virtutem agentis.  
 Excedit et formam, quia intellectus nolens  
 intelligit: & ideo Deus nunc per essentiam suā  
 videtur, ut ex dictis patet. Sed in visione beata Deus  
 excedet quidē virtutē intellectus nostri, unde nō  
 ita perfecte videbitur sicut perfecte est, non autē  
 excedet formā qua videbitur scilicet essentia suā  
 & ideo ipsum quod est Deus, videbitur.  
 Ad X. dicendum, quod ratio Diony. procedit de  
 cognitio-

D. 485.

Q. 5. & 36.

Lib. 2. sent. dist. 1. per totum

cognitione viæ, quæ est secundum formas existentiæ creatorum, & ideo nõ potest peringere ad id, quod est supra existens. hoc autem non erit in visione patriæ, & ideo rō eius non est ad propositum.

Ad xi. dicendū, quod auctoritas illa Dion. est intelligenda de visione viæ, qua cognoscit Deus p aliquā formam creatam, & hoc ratione iam dicta.

Ad xii. dicendū, qđ ideo oportet esse maiorē efficaciam visus ad hoc qđ a remotiori videat, quia visus est potentia passiva. potētia autē passiva quāto est perfectior, tāto potest moveri a minori: sicut cōverso potentia activa quāto est perfectior, tāto magis movere potest: quanto. n. aliquid magis est calefactibile, tāto a minori calefit. quanto autē aliquid a remotiori vs, tanto sub minori angulo vs, & ita minus est quod ad visum de visibili peruenit: sed si equalis forma perueniret a ppinquo, & remoto, non magis videretur propinquam q̄ remotam. Ipse autem Deus quāuis in infinitū distet ab intellectu angelico, tamen tota essentia sua intellectui coniungitur, & ideo nõ est simile.

Ad xiii. dicendū, qđ duplex est iudiciū. Vnū, quod iudicamus qualiter res esse debeat, & hoc iudiciū non est nisi superioris de inferiori. Aliud est, quo iudicatur qualiter res sit, & hoc iudiciū potest esse & de superiori, & de æquali, nõ. n. minus possum iudicare de Rege, an sit, vel sedeat, quā de rustico, & tale iudiciū est in cognitione.

Ad xiiii. dicendū, qđ iudiciū non est actio q̄ egrediatur ab agente in rem exteriorem quæ p eā transformetur: sed est operatio qđā in ipso operāte consistens vt perfectio ipsius: & ideo nõ oportet, quod illud de quo iudicatur intellectus, vel sensus, sit, vt passum, q̄uis per modū passi significet: immo magis sensibile, & intelligibile, de quo est iudicium se habet ad intellectum, & sensum, vt 4 agēs, inquitur sentire, vel intelligere pati quoddā est.

Ad xv. dicendū, quod intellectus creatus nõ quā pertingit ad essentiam diuinam, vt sit eiusdem nature cum ea: pertingit tamen ad ipsam, vt ad formam intelligibilem.

ARTICVLVS II.

De viam intellectus angeli, ac hominis beati essentiam diuinam comprehendat.

Secundo queritur, vt rum intellectus angeli, vel hominis beati essentiam diuinam comprehendat. & videtur quod sic. simplex enim si videtur, totum videtur: sed essentia diuina est simplex. ergo cum angelus beatus eam videat, totam videt, & sic comprehendit. Sed diceretur, quod licet videatur tota, non tamen totaliter.

¶ 2 Sed cōtra, Totaliter dicit quēdā modum: sed ois modus diuinæ essentiæ est ipsa met essentia: ergo si videbit ipsa essentia tota, videbitur totaliter.

¶ 3 Præ. Efficacia actionis mensuratur secundum formam, quæ est principiu agendi ex parte ipsius agentis, sicut de calore & calefactione patet: sed forma qua intellectus intelligit, est principium intellectualis visionis. ergo tanta erit efficacia intellectus videntis Deum, quanta est perfectio diuinæ essentiæ. ergo comprehendet ipsam.

¶ 4 Præ. Sicut per demonstrationē scire est perfectissimus modus cognoscendi complexa, ita scire quod quid est, est perfectissimus modus cognoscendi incomplexa: sed omne complexum quod scitur per demonstrationē, comprehendit. ergo omne id de quo scitur qđ est, comprehendit; sed illi qui vident Deū per essentia sciunt de eo quid est, cū nihil aliud sit scire quid est, quā scire essen-

tia rei. ergo cōprehendūt angeli diuinā essentia.

¶ 5 Præ. Philip. 3. dicitur. Sequor autē si quo modo comprehendam &c. sed Deus perfecte cōprehendit Apostolum. ergo Apostolus ad hoc tēdebat, quod perfecte comprehenderet Deum.

¶ 6 Præ. glo. ibidem dicit. Vt comprehendam, vt cognoscam q̄ sit immensitas Dei quæ omnem intellectum excedit; sed non est incomprehensibilis nisi ratione immēstratis. ergo beati perfecte comprehendunt diuinam essentiam.

SED CONTRA est, qđ Ambr. dicit super Luc. eā, quæ in Deo habitat, plenitudinē bonitatis nemo cōspexit, nemo mente, aut oculis comprehendit.

¶ 2 Præ. Secundum August. in eodem lib. illud comprehenditur, cuius fines circūspici possunt; sed de Deo hoc est impossibile, cum sit infinitus. ergo non potest comprehendit.

¶ 3 Præ. Aug. dicit in lib. de Videndo Deum. Dei plenitudinem non solum oculis corporis, sed nec mente aliquis aliquando comprehendit.

RESPON. Dicendum, quod illud proprie dicitur comprehendit ab aliquo, quod ab eo includitur; dicitur. n. aliquis aliquid comprehendere, quando simul ex omnibus partibus apprehendere potest, quod est vndiq; inclusum habere; quod autē includitur ab aliquo, non excedit includens, sed est minus includente, vel saltē a quale, hæc autē ad quā titatem pertinent. vnde secundum duplicem quā titatem est duplex modus comprehensionis. s. s. m. quantitatē dimensionam, & virtuales, secundū dimensionam quidem, vt dolium comprehendit vinum; secundum virtutem autem, vt materia dī comprehendit formam, quando nil materiæ remanet imperfectum a forma, & per hunc modū dicitur aliqua vis cognitiua comprehendere suū cognitum, in quantum. s. cognitum perfecte substat cognitioni eius, tunc autem a comprehēsiōne deficit, quando cognitum cognitionem excedit. hic autē excessus diuersimode in diuersis potentis considerandus est. In potentis. n. sentitiuis obiectum comparatur ad potentiam non solum secundum quantitatem virtuales, sed etiam s. m. quantitatē dimensionam, eo quod sensibilia mouent sensum, vt pote in magnitudine existentem, non solum ex vi qualitatis propriorum sensibiliū, sed secundum quantitatem dimensionam, vt patet de sensibilib. communib. Vnde comprehēsiō sensus potest impediri dupliciter. Vno modo, ex excessu sensibilib. secundum quantitatem virtuales, sicut impeditur oculus a cōprehensione solis; quia virtus claritatis solis, quæ est visibilis, excedit proportionem virtutis visiuæ, quæ est in oculo. Alio modo, propter excessum quantitatis dimensionam, sicut impeditur oculus ne comprehendat totam molā terre; sed partem eius videt, & partem non, qđ in primo impedimento non accidebat; simul. n. omnes solis partes videntur a nobis; sed non perfecte, sicut visibilis est. Ad intellectum autem cōparatur intelligibile, per accidens, quidem etiā secundum quantitatem dimensionam, in quā tum intellectus a sensu accipit; vnde etiam intellectus noster impeditur a comprehensione infiniti secundum quantitatem dimensionam; ita quod aliquid eius est in intellectu, & aliquid extra intellectum: per se autem non comparatur ad intellectum intelligibile secundum quantitatem dimensionam, cum intellectus sit virtus, non vtens organo corporali: sed per se comparatur ad ipsum solum secundum quantitatem virtuales & ideo in

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Quæst. dist. S. Tho. VV his

Glo. Eph. 5.

Glo. ord. fu. per illud, vt possit comprehendere.

Li. 1. in Lu.

Hom. de angeli apparitione inter prin. & mediu. to. 5. Aug. epistola 112. c. 5. circa mediu. tom. 2.

Aug. 18. de c. Dei. c. 18. a me. to. 5.

In corp. art. & ad p. 4. 5.

D. 734. 21. 735. 21. 736.

1. p. 41. art. 7.

his, quæ p se intelligunt sine cōiunctione ad sensum nō impedit cōprehensio intellectus, nisi pp excessum quantitatis virtualis: qñ. scilicet, quod intelligitur, habet modum intelligendi perfectiorē q̄ sit modus, quo intellectus intelligit: sicut si aliquis cognoscat hanc conclusionem, triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, per probabilem rationem, vtpote per auctoritatem, vel quia ita communiter dicitur, non comprehendit ipsam: nō q̄ vnā partem eius ignoret alia scita, sed quia ista conclusio est scibilis per demonstrationem, ad quam cognoscens nō dum peruenit, & iō non comprehendit ipsam: quia nō stat perfecte sub cognitione eius. Cōstat autē quod in intellectu angeli, præcipue quantum ad visionē diuinam, non hēt locū quantitas dimensiuā. & ideo consideranda est ibi æqualitas, vel excessus, s̄m quantitatē virtualē tñ. virtus autem diuinę essentia, qua est intelligibilis, excedit intellectū angelicū, & omnem intellectū creatum, s̄m hoc quod est cognoscitiuus. veritas n. diuinę essentia, qua cognoscibilis est, excedit lumen cuiuslibet intellectus creati, quo cognoscitiuus est. & iō impossibile est, quod aliquis intellectus creatus diuinā essentiam cōprehendat, non quia partē aliquā eius ignoret, sed quia ad pfectū modū cognitionis ipsius pertingere non potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod diuina essentia ab angelo tota v̄: quia nihil eius est non visum ab eo, v̄. s̄ly totam, ex p̄naturā priuatiue, non per positionem partium, non tamē perfecte videtur vnde non sequitur quod eam comprehendat.

AD SECVNDVM dicendum, qd̄ in visione qualibet triplex modus cōsiderari p̄t. Primus modus est ipsius videntis absolute, qui est mensura capacitatis eius, & sic intellectus angeli totaliter videt Deum: hoc est d̄ctū totam vim intellectus sui adhibet ad videndū Deū. Alius modus est ipsius rei in se, & hic modus nihil est aliud, quā qualitas rei. Cum autē in Deo nō aliud sit qualitas, q̄ substantia, modus eius est ipsa essentia: & sic totaliter videt Deum, quia vident totū modum Dei eodē mō, quo totam essentiam. Tertius est ipsius visionis, q̄ est mediū inter videntem & rē visam, & dicitur mediū videntis per cōparationē ad rem visam, vt r̄c̄ dicatur aliquis alterum videre totaliter, qñ. v̄. visio hēt modū totalem. & hoc est, quando ita est perfectus modus visionis ipsius videntis, sicut est in modus visibilitatis ipsius rei. & hoc modo non totaliter v̄ diuina essentia, vt ex dictis patet. Sicut aliquis qui scit aliquam propositionē esse demonstrabilem, cuius demonstrationem ignorat, scit quidē totum modū cognitionis eius: sed nescit eam secundum totum modum, quo cognoscibilis est.

AD TERTIVM dicendū, q̄ ratio illa procedit qñ forma, qua est principium actionis agentis, coniungitur secundum totum modum suum qd̄ necesse est in omnibus formis nō substantiis quorum esse, est in esse: sed diuina essentia q̄is quodāmodo sit vt forma intellectus, quia tamen non capitur ab intellectu, nisi secundū modum intellectus capientis, & quia actio nō est tantum forma, sed ē agentis, ideo non potest esse ita pfecta actio, sicut est perfecta forma, qua est principium actionis, cum sit defectus ex parte agentis.

AD QVARTVM dicendū, quod res cōprehenditur cuius definitio cognoscitur, si tamē ipsa definitio comprehendat: sed sicut possibile est cognoscere rē sine cōprehensione, ita & definitionē ipsius, & sic res ipsa remanet non cōprehensa. angelus autē

quāuis videat aliquo modo, quid est Deus, nō tamen hoc comprehendit.

AD QVINTVM dicendū, q̄ visio Dei per essentiam p̄t dici comprehensio in cōparatione ad visionem viā, quæ ad essentiam non pertingit: nō tamen est comprehensio simpliciter rōne sc̄. d̄. & ideo cū d̄r, Comprehendā sicut & c̄ly sc̄. d̄. notat cōparationē similitudinis, non æqualitatis.

AD SEXTVM dicendū, q̄ ipsa immensitas Dei videbitur: sed non videbitur immensitas, videbitur totus modus, sed non totaliter, vt d̄ctū est.

ARTICVLVS III.

Vtrum angelus ex proprijs naturalibus ad videndum Deum per essentiam pertingere poterit.

TERTIO queritur, vtrum angelus ex proprijs naturalibus poterit pertingere ad videndum Deum per essentiam. & videtur quod sic, quod d̄ctum Aug. super Gen. ad literam. angeli in principio suæ conditionis, in quo statim fuerunt creati naturalibus tantum, vt multi dicunt, videntur creaturas sciendas in verbo: sed hoc esse non potest nisi verbum vidissent. ergo per naturalia pura intellectus angeli vidit Deum per essentiam.

¶ 2 Præ. Quod potest minus intelligere, potest & maius intelligere: sed essentia diuina est maxime intelligibilis cum sit maxime a materia immunita ex quo contingit aliquid esse intelligibile ad actionem intellectus angeli naturalis cognitione possit alia intelligibilia intelligere, multo fortius poterit intelligere ex naturalibus puris diuinam essentiam. Sed diceretur, quod licet diuina essentia sit in se maxime intelligibilis, non tamen est maxime intelligibilis intellectu angelico.

¶ 3 Sed cōtra, Illud quod est magis visibile, nō est magis visibile nobis, cā est d̄ctū n̄r. visus: sed in intellectu angelico non est magis d̄ctus, cū angelus sit speculū purū & in cōmuniā, vt Dio. dicit in 4. c. de di. nō ergo illud quod est magis intelligibile in se, est magis intelligibile in intellectu angeli.

¶ 4 Præ. Com. dicit in 3. de anima, qd̄ in intellectu q̄ est penitus a materia separatus, loquitur hoc quod d̄ctū est qd̄ Themistius faciēbat: hoc est magis intelligibile, ergo magis intelligit: sed intellectus angelicus est h̄mō. ergo in eo prædictum argumentū sequitur.

¶ 5 Præ. Excellens visibile propter hoc est visibile minus visui nostro, q̄ corruptum visum nostrum, sed excellens intelligibile non corruptum intellectu, sed confortat. ergo illud quod est magis in se intelligibile, magis ab intellectu intelligitur.

¶ 6 Præ. Videre Deū per essentiam est actus intellectus: sed gr̄a est in affectu. ergo gr̄a nō requiritur ad videndum Deū per essentiam, & ita s̄m in natura tantū ad hanc visionem peruenire poterit.

¶ 7 Præ. Secundum Aug. fides quia prædicta per essentiam in anima, videtur in anima per sui essentiam: sed Deus per sui essentiam præsentat in anima, & similiter in angelo & in qualibet creatura: ergo angelus Deum per essentiam in partibus naturalibus videre poterit.

¶ 8 Præ. Secundum Aug. 10. Confess. simpliciter aliquid præsens in anima per speciem, per notionem, & per præsentiam essentia suā. ergo diuinitas est conueniens, oportet eam esse per se posita, & ita cum Deus sit præsens intellectui angelico per essentiam non erit ei præsens per similitudinem, & ita non potest Deus ab angelo per similitudinem videri. si ergo ex naturalibus poterit esse cognoscere aliquo modo, videatur cognoscit eum per naturalia essentialiter.

¶ 9 Præ.

In corp. an.

¶ 9 Præ. Si vñ aliquid in speculo materiali, oportet quod ipsum speculū videatur: sed angeli in statu suæ conditionis viderūt res in verbo quasi ī quodā speculo, ergo viderūt verbū. Sed diceres, quod angeli nō fuerunt creati in puris naturalibus: sed cū gratia gratum faciente vel cum gratia gratis data. ¶ 10 Sed contra. Sicut lumē naturā deficit a lumine gloriæ, ita ē a lumine gratiæ gratis datæ vel gratiæ facientis. si ergo existeres in gratia gratis data, vel gratū faciente poterūt videre Deū per essentiā, pari ratione & in statu naturalium existentes. ¶ 11 Præ. Res non videntur nisi vbi sunt: sed ante conditionem rerum res non erant nisi in verbo, ergo cum angeli res fiendas cognouerint, in verbo eas cognouerunt: & ita viderunt verbum.

¶ 12 Præ. Natura non deficit in necessariis: sed attingere finem maxime est de necessariis natura: ergo vnicuiq; natura prouisum est, vt possit pertingere ad finem suum: sed finis per quem est rōnalis creatura est videre Deum per essentiā: ergo rationalis creatura ex naturalibus puris potest ad hanc visionem peruenire.

¶ 13 Præ. Superiores potētia sunt pfectiores inferioribus: sed inferiores potētia per suā naturā posunt in sua obiecta, sicut sensus in sensibilia, & imaginatio in imaginabilia. cum ergo obiectum intelligentiæ sit Deus, vt dicitur in lib. de Spiritu & Anima. videtur quod per naturalia possit Deus videri ab intelligentia Angelica. Sed dicitur, quod non est simile quia obiecta aliarum potentiarum non excedunt suas potētias: sed Deus excedit omnem intelligentiam creatam.

¶ 14 Sed contra. Quāntumcumq; perfectiatur intelligentia creata lumine gloriæ, semper Deus in infinitū ipsam excedit. si ergo iste excessus impedit visionem Dei per essentiā, numquam intellectus creatus poterit peruenire in statu gloriæ ad videndum Deum per essentiā, quod est absurdum.

¶ 15 Præ. In lib. de Spiritu, & Anima dicitur, quod anima est similitudo totius sapientiæ, & eadem ratione angelus: sed res naturaliter cognoscuntur per suam similitudinem, ergo naturaliter angelus cognoscit ea de quibus est sapientia: sed sapientia est de diuinis, vt Aug. dicit, ergo angelus naturaliter peruenit ad videndum Deum per essentiā.

¶ 16 Præ. Ad hoc quod intellectus creatus videt Deum per essentiā, nō requiritur nisi quod intellectus Deo conformetur: sed intellectus angeli per naturam suam est deformis, ergo ex naturalibus propriis potest videre Deum per essentiā.

¶ 17 Præ. Ois cognitio Dei, vel est sicut ī speculo, vel est p essentiā, vt patet p hoc qd hī i. Cor. 13. Videmus nūc & c. sed angeli in naturalibus suis existentes nō cognouerūt Deū sicut ī speculo, qd vt ait Aug. ex quo creati sunt æterna verbi Dei visione petruunt, nō inuisibilia Dei per ea quæ facta sūt intellecta conspicientes, quod est ī speculo videre, ergo angeli naturaliter vidēt Deū per essentiā.

¶ 18 Præ. Illud īmediate vñ de quo cogitamus non cogitando de aliquo altero: sed angelus naturaliter cognitione pōt cogitare de Deo sine hoc quod cogitet de aliqua creatura, ergo pōt videre Deum īmediate, quod est per essentiā videre.

¶ 19 Præ. Aug. dicit, qd ea quæ sunt essentialiter in aīa cognoscuntur ab ea per essentiā, sed diuina essentia sic est in anima, ergo idem quod prius.

¶ 20 Præ. Illud quod nō videtur per essentiā, vñ per speciem, si vñ: sed diuina essentia non pōt videri per speciem, quia species est simplicior co-

gnita. A ius est, cum ergo naturaliter cognoscatur ab angelo, per essentiā cognoscitur ab eo.

SED CONTRA. Videre Deum per essentiā, est vita æterna, vt patet Ioā. 17. Hæc est vita æterna & c. sed ad vitam æternam non potest perueniri per pura naturalia. Ro. 6. Gratia Dei vita æterna, ergo nec ad visionem Dei per essentiā.

¶ 2 Præ. Aug. dicit quod anima quāuis sit natura cognoscere Deū, nō tamē ad actū cognitionis pducitur nisi per fundat diuino lumine: & sic ex naturalibus nō pōt aliquis videre Deū per essentiā.

¶ 3 Præ. Natura nō transcendit limites suos: sed essentia diuina excedit omnē naturā creatā, ergo naturali cognitione diuina essentia videri nō pōt.

RESPON. Dicendum, quod ad hoc quod Deus per essentiā videatur, oportet quod essentia diuina vnatur intellectui quodā modo, vt forma intelligibilis: perfectibile autē non vnatur formæ, nisi postquam est in ipso dispositio, quæ facit perfectibile receptiuum talis formæ, qd proprius actus sit in propria potentia: sicut corpus non vnatur animæ vt formæ, nisi postquā fuerit organizatum & dispositū. vnde oportet et in intellectu esse aliquā dispositionem per quam efficitur perfectibile tali forma, quæ est essentia diuina, quod est aliqd intelligibile lumen. Quod quidem lumen, si fuerit natura, ex naturalibus puris intellectus videre Deū per essentiā poterit: sed quod sit naturale est impossibile. Sēper enim dispositio vltima ad formā, & forma sunt vnus ordinis, in hoc quod si vnus est naturalis & reliquum: essentia autem diuina nō est naturalis forma intelligibilis intellectus creati, quod sic patet. Actus enim & potentia semp sunt vnus generis, vnde potentia in genere quantitatis nō respicit actū, qui est in genere qualitatis: vnde forma naturalis intellectus creati non potest esse, nisi sit illius generis, in quo est potētia creati intellectus. vnde forma sensibilis, quæ est alterius generis, non potest esse forma ipsius: sed forma immaterialis tantum quæ est generis sui. Sicut autē forma sensibilis est infra genus intellectiue potētia creatæ, ita essentia diuina est supra ipsum, vnde essentia diuina non est forma, ad quam se extendit naturalis facultas intellectus creati, & ideo lumen illud intelligibile, per quod intellectus creatus fit in vltima dispositione, vt coniungatur essentiæ diuina, vt formæ intelligibili, nō est naturale, sed supra naturā. & hoc est lumen gloriæ, de quo in Psal. 35. dicitur, In lumine tuo videbimus lumen. naturalis igitur facultas cuiuslibet intellectus determinatur ad aliquam formam creatam intelligibile, aliter tamen in homine & in angelo: quia in homine ad formam intelligibilem a sensu abstractā, cum omnis eius cognitio a sensu oriatur, in angelo autem ad formam intelligibilem, non a sensu abstractam, vel acceptam: sed præcipue ad formā quæ est essentia sua, & ideo cognitio Dei, ad quam angelus naturaliter peruenire potest, est vt cognoscat ipsum per substantiam angeli videntis: & ideo dicitur in lib. de Causis, quod intelligentia intelligit quod est supra se per modum substantiæ suæ, quia inquantū creata est a Deo, substantia sua est similitudo quardam substantiæ vel essentiæ diuinæ: sed cognitio Dei ad quam naturaliter hō peruenire pōt est vt cognoscat ipsum per formā intelligibile, qd lumine intellectus agētis est a sensibilibus abstracta. & iō. Ro. 1. sup illud, Inuisibilia Dei per ea & c. dicit gl. quod hō inuatur ad cognoscendū Deum per creaturas sensibiles per lumen naturalis ratio-

nis. Quæst. dif. S. Tho. VV 2 nis

Li. de Spiritu & anima ca. 12. cor. 3.

Propos. 8. tom. 3. inter opera Arist.

Gl. ord. ibi

Gl. ord. ibi

Gl. ord. ibi

Gl. ord. ibi

Gl. ord. ibi

nis, Cognitio autem Dei, quæ est per formam creatam non est visio eius per essentiam, & ideo neque homo neque Angelus potest peruenire ad Deum per essentiam videndam ex naturalibus puris.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod hoc quod dicitur Aug. quod angeli viderunt res in verbo, potest intelligi non a principio condonnis, sed ex tunc ex quo beati fuerunt. Vel dicendum, quod quis verbum per essentiam non viderint in statu naturalium, viderunt tamen aliquo modo per similitudinem in eis existere, & ex tali cognitione poterunt creaturas cognoscere, quas tamen postmodum in verbo multo plenius cognoverunt, quoniam verbum per essentiam viderunt. Secundo enim quod cognoscitur causa, cognoscitur effectus per ipsam.

AD SECUNDUM dicendum, quod quamuis essentia diuina sit in se maxime cognoscibilis, tamen non est maxime cognoscibilis intellectui creato, quia est extra genus ipsius.

AD TERTIUM dicendum, quod intellectus angelicus debet esse speculum purum, & incotaminatum & sine defectu, quia non patitur defectum intelligibilis luminis considerata natura sui generis, sicut patitur intellectus humanus, in quo intelligibile lumens obumbratur in tantum ut necesse sit a phantasmatis accipere, & cum continuo, & tunc, & discurrendo de vno in aliud, per quod Isaac dicit, quod ratio oritur in umbra intelligentiæ, & ideo potentia intellectiva eius potest intelligere omnem formam intelligibilem creatam quæ est sui generis, sed intellectus angelicus comparatus ad diuinam essentiam, quæ est extra genus suum, inuenitur defectiuus & tenebrosus, & ideo deficit a visione diuine essentiae, quamuis ipsa sit in se maxime intelligibilis.

AD QUARTUM dicendum, quod verbum commune intelligitur de cognitione essentie increate, pro tanto enim substantia intelligibilis quæ in se est maxime intelligibilis sit nobis minus intelligibilis, quia excedit formam a sensu abstractam, quam naturaliter intelligimus, & similiter immo multo amplius essentia diuina excedit formam intelligibilem creatam, quia intellectus angeli intelligit, & ideo intellectus angeli minus intelligit essentiam diuinam quamuis sit magis intelligibilis, sicut intellectus noster minus intelligit essentiam angeli, quamuis sit magis intelligibilis, quam res sensibiles.

AD QUINTUM dicendum, quod excellentia intelligibilis quamuis non corrumpat intellectum, sed confortet eum, tamen excedit quandoque representationem forme, quia intellectus intelligit, & ex hac causa intelligibilis excellentia impedit intellectum, & secundum hoc verum est quod dicitur in 2. Meta. quod intellectus se habet ad manifestissimam naturam, sicut oculus nocturnæ ad lucem solis.

AD SEXTUM dicendum, quod gratia non requiritur ad videndum Deum per essentiam quasi immediata dispositio ad visionem: sed quia per gratiam homo mereatur lucem gloriæ sibi dari per quod Deum in essentia videat.

AD SEPTIMUM dicendum, quod fides cognoscit per essentiam suam in quantum essentia sua coniungitur intellectui, ut forma intelligibilis & non alio modo. Sicut autem non coniungitur essentia diuina intellectui creato in statu vite: sed sicut sustinet eum in esse.

AD OCTAVUM dicendum, quod diuisio illa non est per oppositas res, sed per oppositas rationes: & ideo nihil prohibet aliquid esse per essentiam vno modo in anima, & alio modo, per similitudinem vel imaginem. In ipsa enim anima est imago & similitudo Dei, quamuis in ipsa sit Deus per essentiam.

AD NONUM dicendum, sicut ad primum.

AD X. dicendum, quod nec gratia gratum facit, nec gratia grauis data sufficit ad visionem Dei per essentiam, nisi sit gratia consummata que est lux & gloria.

AD XI. dicendum, quod res antequam in propria natura essent, non solum fuerunt in verbo, sed etiam in mente angelica, & ita poterunt videri quamuis verbum non videretur.

AD XII. dicendum, quod sicut dicit Philosophus in 2. Cæli & Mundi. in rebus inuenitur multiplex gradus perfectionis. Primus enim gradus & perfectissimus est, ut aliquid habeat vel consequatur bonitatem suam sine motu & sine adminiculo alterius, sicut est perfectissima sanitas in eo qui per se sanus sine auxilio medicina, & hic gradus est diuina perfectionis. Secundus gradus est eius, quod potest consequi perfectam bonitatem cum modico auxilio & paruo motu, sicut eius qui habet sanitatem cum modico exercitio. Tertius gradus est eius, qui acquirit perfectam bonitatem cum multis motibus, sicut ille qui acquirit perfectam sanitatem cum multis exercitijs. Quartus gradus est eius, quod nunquam potest acquirere perfectam bonitatem, sed acquirit de bonitate aliquid in multis motibus. Quintus gradus est eius quod non potest acquirere aliquid de bonitate nec habet aliquem motum ad hoc, sicut est gradus illius in sanitate qui sanari non potest, unde nullam medicinam accipit. Creature vero irrationales nullo modo ad perfectam bonitatem, quæ est beatitudo, pertinere possunt, sed perueniunt ad aliquam bonitatem imperfectam, quæ est eorum finis naturalis, quam ex vi nature sue consequuntur: sed creaturæ rationales possunt consequi perfectam bonitatem, id est beatitudinem, necesse est consequendum indiget pluribus quam natura irrationales ad consequendum fines suos, & ideo quamuis sint nobiliores, non tamen sequi quod in propriis naturalibus possint attingere ad finem suum, licet natura inferior. Quod vero ad beatitudinem aliquam contingat per seipsum, solius Dei est.

Et similiter dicendum ad decimum intermedium, de ordine potentiarum.

AD XIII. dicendum, quod quamuis per lucem gloriæ intellectus creatus nunquam rationem excedat, tamen in infinitum distat ab eo diuina essentia, tamen illud lumen sit in intellectu vniuersum essentie diuine sicut forma intelligibili, quod autem fieri non possit.

AD XV. dicendum, quod ad cognoscendum Deum per similitudinem eius angelus ex proprijs naturalibus potest: sed hoc non est visio Dei per essentiam.

AD XVII. dicendum, quod conformitas naturalis Deum, quæ est in intellectu angeli, non est in intellectu angeli proportionem ad diuinam essentiam, licet ad formam intelligibilem: sed in hoc quod recipiat cognitionem sensibilem a sensu, sicut nos accipimus, & quantum ad alia in quibus intellectus angelicus conuenit cum Deo, & differt ab intellectu humano.

AD XVI. dicendum, quod tripliciter aliquid videtur vno modo, per essentiam suam, sicut quæ essentia visibilis coniungitur visui, sicut oculus videt lucem. Alio modo, per speciem, quando similitudo ipsius ab ipsa re imprimitur in visum, sicut cum videtur lapidem, tertio vero per speculum, & hoc est quod similitudo rei per quam cognoscitur, non fit in visu immediate ab ipsa re: sed ab eo in quo similitudo rei representat sicut in speculo resulat. Species sensibilis, primo modo igitur videtur Deum est naturale: sed Deo, supra naturam vero hominis, & angelicæ, sed secundo modo videtur Deum est naturale angelo: tertio modo



modo videre Deum est naturale ipsi homini, qui venit in cognitione Dei ex creaturis, ut quicquid Dei repræsentantibus. Unde cum dicitur, quod omnis cognitio est per essentiam vel in speculo, intelligendum est de cognitione humana. Cognitio autem angeli, quod de Deo naturaliter habet, est media inter istas duas.

Ad xviii. dicendum, quod imago rei dupliciter potest considerari. Vno modo, in quantum est res quædam, & cum sit res distincta ab eo cuius est imago per modum istum alius erit motus virtutis cognitiue in imaginem, & id cuius est imago. Alio modo, considerat prout est imago, & sic dicitur est motus in imaginem & in id cuius est imago. & sic quædam aliquid cognoscitur per similitudinem in effectu suo existentem, potest motus cognitionis transire ad eam immediate, sine hoc quod cogitetur de aliqua alia re, & hoc modo intellectus viatoris potest cogitare de Deo non cogitando de aliqua creatura.

Ad xix. dicendum, quod ea quæ sunt essentia liter in anima, ut coniunguntur ei ut formæ intelligibiles, intelliguntur ab anima per essentiam suam, sic autem essentia diuina non est in anima viatoris, & ideo ratio non sequitur.

Ad xx. dicendum, quod ratio illa procedit de specie abstracta a re, quam oportet esse simpliciorē re ipsa. Talis autem similitudo non est per quam intellectus creatus cognoscit naturaliter Deum, sed est similitudo impressa ab ipso: & ideo ratio non sequitur.

ARTICVLVS IIII.

Primum angelus videns Deum per essentiam omnia cognoscit.

Quarto quaeritur, utrum angelus videns Deum per essentiam omnia cognoscit, & videtur quod sic, quia sicut dicit Isidorus, angeli in verbo Dei omnia videntur antequam fiant.

Præterea. Vniuersi cuiusque visus videtur illud, cuius similitudo est apud ipsum: sed essentia diuina, quæ est similitudo omnium intellectui angelico coniungitur, ut forma intelligibilis, ergo angelus videns Deum per essentiam videt omnia.

Præterea. Si angelus non cognoscit omnia, oportet quod hoc accidat vel ex defectu intellectus angeli, vel ex defectu rerum cognoscibilium, vel ex defectu medij: sed non ex defectu intellectus angelici, cum angelus sit speculum purum & immaculatum vel inconaminatum, ut dicit Dionysius, nec etiam ex defectu intelligibilium, quia omnia sunt in diuina essentia cognoscibilia, nec est ex defectu medij quod cognoscunt, quia diuina essentia perfecte omnia repræsentat, ergo angelus videns Deum omnia videt.

Præterea. Intellectus angeli est perfectior quam intellectus anime humane: sed anima humana habet potentiam ad omnia cognoscendum, ipsa enim est quodammodo omnia, ut in 3. de Anima dicitur, secundum quod nata est omnia cognoscere, ergo & intellectus angelicus potest omnia cognoscere: sed nihil est efficacius ad educendum intellectum angelicum in actum cognitionis, quam diuina essentia, ergo angelus videns essentiam diuinam omnia cognoscit.

Præterea. Sicut dicit Gregorius, amor patriæ cognitio in æquatur, quia quicquid ibi tunc diligit quantum cognoscit, sed amans Deum amat in ipso omnia diligibilia, ergo videns ipsum videbit omnia intelligibilia.

Præterea. Si angelus videns Deum non videt omnia, hoc non est nisi quia omnia intelligibilia sunt infinita: sed ipse non impeditur ab intelligendo propter intelligibilis infinitatem, quia essentia diuina distat ab eo sicut infinitum a finito, ergo videt.

Angelus videns Deum omnia videre possit.

Præterea. Cognitio comprehensioris excedit cognitionem viatoris, quantumcumque eleuetur: sed viatori alicui possunt omnia reuelari, quod quidem de presentibus patet, quia beato Benedicto totus mundus simul ostensus est, ut dicitur in 2. Dialogo de futuris etiam patere potest, quia Deus alicui propheta aliqua futura reuelat, & eadem ratione potest sibi omnia reuelare, & similis ratio est de præteritis, ergo multo fortius angelus videns Deum visione patriæ omnia cognoscit.

Præterea. In 4. Dialogo Gregorius dicit, quid est quod non vident, qui videntem omnia vident? Sed angeli vident per essentiam Deum scientem omnia, ergo angeli cognoscunt omnia.

Præterea. Puritas angeli in cognoscendo non est minor quam puritas anime, sed dicit Gregorius in 2. Dialogo, anime videnti creatorem angusta est omnis creatura, ergo & angelo, & sic idem quod prius.

Præterea. Lux spiritualis vehementius ingerit se motui quam lux corporalis oculo: sed si lux corporalis esset sufficiens rationi omnium colorum ingerens se oculo, omnes colores manifestaret, ergo cum ipse Deus qui est lux spiritualis, & rerum omnium perfecta ratio motui angeli videtis eum se ingerat, angelus eo cognoscit omnia cognoscit.

Præterea. Cognitio est quasi quidam contactus cognoscens, & cognoscibilis: sed si simplex tangitur, tangitur quicquid in ipso est: sed Deus est simplex, ergo si cognoscitur cognoscuntur omnium rerum rationes, quæ sunt in ipso.

Præterea. Nullius creature cognitio est de substantia beatitudinis, ergo ad cognitionem beatitudinis æqualiter se habere videntur: aut ergo beatus omnes creaturas cognoscit, aut nullas: sed non nullam, ergo omnes.

Præterea. Omnis potentia non reducitur ad actum est imperfecta: sed intellectus angeli est in potentia ad omnia cognoscenda, alias esset inferior intellectu humano, in quo est oia fieri, si ergo in statu beatitudinis non omnia cognosceret, remaneret cognitio eius in imperfecta, quod videtur repugnare beatitudinis perfectioni, quæ omnem imperfectionem tollit.

Præterea. Si angelus beatus non cognosceret omnia cum sit in potentia ad omnia cognoscenda, posset post modum aliquid cognoscere, quod prius non cognouerat: sed hoc est impossibile, quia sicut dicit Augustinus in 15. de Trinitate, in angelis beatis non sunt cogitationes volubiles, quod esset si aliquid scirent quod prius nesciissent ergo angeli beati videntes Deum omnia vident.

Præterea. Visio beatitudinis æternitate mensuratur, unde & vita æterna dicitur: sed in æternitate non est prius, & posterius, ergo nec in visione beatitudinis, ergo non potest esse quod aliquid prius scitum non fuerit, & sic idem quod prius.

Præterea. In 10. dicitur, Ingredietur & egredietur, & pascua inueniet: quod in libro de Spiritu & Anima, sic exponitur, Ingredietur ad contemplandam diuinitatem Saluatoris, & egredietur ad contemplandam vel inuendam humanitatem ipsius, & utrobique gloriosam refectionem inueniet: sed visus exterior ita perfecte pascitur in humanitate saluatoris, quod nihil existens in corpore eius erit ei occultum, ergo & oculus mentis ita pascetur in diuinitate ipsius, quod in ea existens nihil ignorabit ab eo, & sic cognoscet omnia.

Præterea. Ut dicitur 3. de Anima, intellectus intelligens maximum intelligibile non minus intelligit minus intelligibile, sed magis: sed maxime intelligibile est Deus, ergo intellectus videns Deum, omnia videt.

Præterea. Effectus maxime cognoscit per cognitionem cause sue: sed Deus est causa omnium, ergo intellectus videns Deum omnia cognoscit.

Quæstio dicitur S. Tho. VV 3 19 Præterea.

Ca. 17. circa medium.

Ca. 33. in fine. ne illius.

Cap. 35. a medio.

Cap. 16. a medio 10. 3.

Ca. 3. a medio. tom. 3.

Co. 7. to. 1.

7. p. 111. art. 1. dicitur quod si motus ha...

de 11. ad med. p. 111. dicitur quod si motus ha...

Ca. 11. 37. tom. 1.

ca. 11. 37. tom. 1.

¶ 19 Præ. Colores in tabula depicti ad hoc qd visu cognoscantur, non indigent nisi lumine eos illustrare, quo fiant actu visibiles: sed rerum omnium rationes sunt in essentia diuina actu intellectus videns essentiam diuinam omnia per rationes videt.

*Ibid. tom. 9.*  
 SED CONTRA, est quod dicitur Eph. 3. Vt innotescat &c. vbi dicitur glo. Hier. qd angeli mysterium incarnationis per predicationem Ecclesie sunt edocti, ergo ante predicationem Deum viderunt, ergo videt Deum per essentiam non omnia cognoscunt.

¶ 2 Præ. Dion. dicit in fine Eccl. Hierat. qd multa Sacramentorum rationes latent supernas essentias, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præ. Nihil alteri coæquatur in extensione, qd est secundum quantitatem molis, nisi sit ei quale secundum eandem quantitatem, ergo & nihil æquatur alteri in extensione virtualis quantitatis nisi coæquatur ei in virtute: sed intellectus angeli non coæquatur intellectui diuino in virtute, ergo non potest esse qd intellectus angeli se extendat ad omnia ad que se extendit intellectus diuinus.

¶ 4 Præ. Angeli cum sint facti ad laudandum Deum, secundum hoc qd cognoscunt ipsum laudant eum: sed non omnes æqualiter eum laudant, ut patet per Christum super Ioan. ergo quidam in eo plura cognoscunt qd alij, & tunc angelus minus cognoscens videt Deum per essentiam, ergo videns Deum per essentiam non omnia videt.

¶ 5 Præ. De substantia beatitudinis est cognitio, & gaudium: sed angeli beati possunt gaudere de quo prius non gaudebant, sicut de peccatore e converso, Gaudium enim est angelis Dei &c. Luc. 15, ergo & possunt cognoscere qd prius non cognoscebant, ergo videntes diuinam essentiam aliqua ignorant.

¶ 6 Præ. Nulla creatura potest esse summe bona vel summe potens, ergo nec omnia sciens.

¶ 7 Præ. Cognitio diuina in infinitum excedit cognitionem creaturæ, ergo non potest esse, ut omnia que Deus scit creatura cognoscat.

¶ 8 Præ. Hier. 17. dicitur, Præuium est cor hominis, & in scrutabile, & quis cognosceret illud? ego Dominus. Ex quo videtur quod angeli videntes Deum per essentiam, non cognoscunt secreta cordium, & ita non cognoscent omnia.

RESPON. Dicendum, qd Deus videndo essentiam suam quædam cognoscit scientia visionis, scientia præterita, & futura: quædam autem scientia simplicis intelligentiæ, que potest facere, quis nec sint, nec fuerint, nec futura sint, impossibile autem est, quod creatura aliqua videns essentiam diuinam omnia sciat que Deus scit scientia simplicis notitiæ. Considerandum, quod quanto aliquis causam aliquam perfectius cognoscit ex cognitione causæ, in plurimum effectuum cognitionem deuenire potest: sicut ille, qui perfectius aliquod principium demonstrationis cognoscit, plures conclusiones ex eo deducere potest. Si ergo aliquis intellectus ex cognitione alicuius causæ omnes effectus eius cognoscat, oportet quod pertingat ad perfectum modum cognitionis illius causæ, & sic quod illam causam comprehendat: quod est impossibile de essentia diuina respectu intellectus creati, ut ex dictis patet. unde impossibile est, quod aliquis intellectus creatus videndo diuinam essentiam omnia cognoscat, que ex ipsa causari possunt. Possibile tamen est, ut aliquis intellectus creatus essentiam Dei videns omnia cognoscat, qd Deus scit scientia visionis, ut de anima Christi ab omnibus tenetur, de alijs autem videntibus Deum per essen-

Ar. 1. huius quæst.

tiam est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod omnes angeli, & anima beatorum videndo essentiam Dei, necesse est ut omnia cognoscant: sicut qui videt speculum videt omnia, quæ in speculo relucunt: hoc dicit sanctorum repugnare videtur, & præcipue Dion. qui in 7. c. Eccl. Hierat. expresse dicit, in inferiores angelos per superiores ab ignorantia purgari, & sic oportet ponere superiores angelos cognoscere, que inferiores ignorant, quis omnes eorum niter Deum contemplantur. & ideo dicendum, quod res non sunt in essentia diuina sicut actu distinctæ, sed magis in eo omnia sunt vnum, ut Dion. dicitur modum, quo multi effectus vniuntur in vna causa: imagines autem in speculo retulantes sunt distinctæ in actu distinctæ: & ideo modus quo res omnes sunt in essentia diuina similior est modo, quo sunt effectus in causa, quæ modo, quo sunt imagines in speculo. Non est autem necessarium, qd qui cognoscit causam, cognoscat omnes effectus qui possunt ex ipsa produci, nisi comprehendat ipsam, quod non contingit alicui intellectui creato respectu diuinæ essentia: unde in solo Deo necesse est, ut ex hoc quod per essentiam suam videt, omnia cognoscat, que facere potest, unde & eorum effectus, qui ex ipsa producti sunt, tanto aliquis plures cognoscit videndo essentiam Dei, quanto plenius eam videt, & ideo anima Christi, que super omnes creaturas perfectius Deum videt, attribuitur quod omnia cognoscat, præterita, & futura, & alij autem rem non: sed vnusquisque per mensuram, qua videt Deum videt plures, vel pauciores effectus ex ipsa.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd sicut Magister in 2. sententia dicit, cum dicitur, angeli in verbo videt omnia antequam fiant, hoc non intelligitur de omnibus angelis: sed forte de superioribus, nec illi omnia perfecte vident: sed forte in communem, & quasi implicite tantum aliqua sciunt: vel dicendum, qd de vna re cognoscibili possunt intelligi plures rationes: sicut de triangulo plures demonstrationes fiunt, & potest esse quod aliquis sciat triangulum, quid est, qui nescit omnia, que de triangulo sciuntur. Aliud igitur est scire omnes res, aliud autem scire omnia intelligibilia de rebus. Satis autem probabile est, quod omnes videntes Deum per essentiam omnes creaturas cognoscant secundum species suas ad minus, & hoc est quod Iud. dicit, qd dicitur in verbo omnia antequam fiant. Fieri autem est intelligibilis rationis. Non autem oportet, quod angelus sciens aliquam rem sciat omnes rationes intelligibiles de ipsa. & si forte sciat omnes proprietates naturales, que comprehensione essentia cognoscuntur, non tamen scit eam secundum omnes rationes quibus substat ordini diuinæ providentiæ, qua vna res ordinatur ad varios eventus, & de his rationibus inferiores angeli a superioribus vel supremis illuminantur, & hoc est quod dicit Dion. 3. cap. de diu. nomi. quod superiores angeli docent inferiores rerum scibiles rationes.

AD SECUNDUM dicendum, qd ratio illa procedit, quoniam visus similitudini coniungitur secundum posse totam similitudinis ipsius, tunc necesse est, ut vnus cognoscat esse id, ad quod similitudo visus se coniungit. Sic autem intellectus creatus non coniungitur diuinæ essentia, & ideo ratio non sequitur.

AD TERTIUM dicendum, qd hoc qd angelus videns Deum non videt omnia, contingit ex defectu intellectus ipsius, qui non vnitur essentia diuinæ secundum totum posse eius. Hic autem defectus puritati eius non repugnat, ut supra dictum est.

Ad quartum dicendum, quod anima secundum potentiam naturalem non se extendit ad plura intelligibilia, quod ad ea quae possunt manifestari per lumen intellectus agentis, quae formae sunt abstractae a sensibilibus. Et potentia similiter intellectus angelici naturalis est ad omnia illa cognoscenda, quae manifestantur lumine suo naturali, quod non est sufficiens manifestatiui omnium, quae in Dei sapientia latent. Et praeterea, illorum est quae anima naturaliter cognoscere potest, cognitionem non accipit, nisi per medium sibi proportionatum: unde uno & eodem modo apprehenso aliquis in cognitione alicuius deuenit, in quam alius tardioris ingenij deuenire non potest. Et similiter ex essentia Dei via superior Angelus multa cognoscit, quae inferior cognoscere non potest.

In eorum in cognitione reductur per medium sibi magis proportionatum, sicut per lumen superioris angeli. Unde necesse est, quod unus Angelus alium illuminet.

Ad quintum dicendum, quod affectus terminatur ad res ipsas, sed intellectus non solum sinit in rebus, sed res in multas intentiones diuidit. Unde intelligentiones, sunt intellectus, non autem dilectio, sed possunt esse dilectionis principium, sicut ratio: dilectum autem proprie est res ipsa. Et quia angeli videntes Deum per essentiam omnes cognoscunt creaturas: possunt omnes amare. Quia vero non omnes rationes intelligibiles in eis apprehendunt, non ex omnibus rationibus, quibus res possunt diligi, eas diligunt.

Ad sextum dicendum, quod quis Deus distat ab intellectu angelico sicut in finitum a infinito: non tamen cognoscit eum secundum modum suae infinitatis: quia non cognoscit eum in finitum, & ideo non oportet quod omnia infinita, quae ipse cognoscit, cognoscant.

Ad septimum dicendum, quod Deus alicui viatori reuelare possit tot, quod plura de creaturis intelligeret quam intellectus comprehensibilis: & similiter Deus possit cuiuslibet comprehensori inferiori reuelare omnia quae superior intelligit, aut et plura. Sed de hoc nunc non quaerimus: sed solum de hoc quaerimus, an ex hoc quod essentia Dei videt intellectus creatus, sequatur quod omnia cognoscatur.

Ad octavum dicendum, quod verbum Gregorius potest intelligi de his, quae pertinent ad substantiam beatitudinis. Vel potest dici, quod Gregorius loquitur quantum ad sufficientiam medium, quia ipsa essentia diuina est sufficiens medium demonstrationis rerum omnium. Unde per hoc vult habere quod non est in ipsa, si ea visa futura non cognoscuntur: sed quod omnia non cognoscantur, est ex defectu intellectus ea non comprehendentis.

Ad nonum dicendum, quod ex illa auctoritate habetur, quod ex quo anima videt diuinam essentiam, omnis creatura est ei angusta, id est nulla creatura occultatur ei propter eminentiam ipsius creature. Sed alia ratio occultationis esse potest, quia si non coniungitur ei medium proportionatum sibi, per quod illam creaturam cognoscere possit.

Ad decimum dicendum, quod illa ratio procederet, si oculus corporalis lucem corporalem secundum modum suum in se susciperet, quod patet in proposito non esse.

Ad undecimum dicendum, quod intellectus cognitione suarum creaturarum Deum cognoscit ipsum totum, sed non totaliter: & ideo cognoscit omne id quod actu in ipso est. Non tamen oportet quod cognoscat habitum eius ad omnes suos effectus, quod est cognoscere ipsum, secundum quod est ratio omnium suorum effectuum.

Ad duodecimum dicendum, quod quis nulla cognitio creaturae de substantia sit beatitudinis quasi beatificans: tamen aliqua creaturae cognitio pertinet ad

A beatitudinem, quasi necessaria ad aliquam actum beatitudinis: sicut ad beatitudinem angeli pertinet, ut cognoscat omnes, qui suo officio committuntur, & similiter ad sanctorum beatitudinem pertinet ut cognoscant eos, qui eorum beneficia implorant, ut etiam aliter creaturas, de quibus laudare debent Deum. Vel dicendum, quod sic et nullo modo ad beatitudinem pertineat creaturae cognitio, non tamen sequitur quod omnis cognitio creaturae aequaliter se habet ad visionem beatitudinis cognita enim causa aliqua in proprio est, ut aliqui effectus cognoscatur in ipsa, aliqui vero magis lateant: sicut patet quod ex principijs demonstrationis statim aliqua conclusiones eliciuntur, quaedam vero non nisi per multa media. & ad haec cognoscenda non potest quilibet per se, sed oportet quod ab alio madaucatur. Similiter est et cognitio ratione intelligibilium de effectibus respectu essentiae diuinae, quia quaedam sunt latentiores, quaedam manifestiores. & ideo ex visione diuinae essentiae quaedam cognoscuntur, quaedam non.

Ad trigesimum dicendum, quod aliquid est in potentia ad alterum dupliciter. uno modo in potentia naturali, & sic intellectus creatus est in potentia ad omnia illa cognoscenda, quae suo lumine naturali manifestari possunt, & nihil horum angelus beatus ignorat. Ex horum ignorantia remaneret intellectus angeli imperfectus. Quaedam vero potentia est obedientiae tantum, sicut dicitur aliquid esse in potentia ad illa, quae supra naturam Deus in eo potest facere. & si talis potentia non reducitur ad actum non erit potentia imperfecta. & ideo intellectus angeli beati non est imperfectus, si non cognoscat omnia, quod Deus potest ei reuelare. Vel dicendum, quod si aliqua potentia ad duas perfectiones ordinatur, quarum prima sit propter secundam, non erit imperfecta potentia, si habeat secundam sine prima: sicut si habet sanitatem sine adminiculis medicinae, quae sanitatem faciunt, omnes enim cognitio creaturae ordinatur ad cognitionem Dei. & ideo ex quo intellectus creatus cognoscit Deum, et dato per possibile quod nullam creaturam sciret, non esset imperfectus: nec et intellectus videns Deum qui plures creaturas cognoscit ex cognitione creaturae beatificat: sed ex hoc quod perfectus Deus cognoscit. Unde dicit Augustinus in Confessionibus. In felix homo qui scit omnia illa scilicet creata, te autem nescit, beatus autem qui te scit et si illa nesciat, si autem te & illa nouit non propter illa beator, sed propter te solum beatus.

Ad trigesimum dicendum, quod volubilitas cognitionum, quae a beatis angelis remouetur dupliciter intelligi potest. uno modo ut cogitatio dicatur volubilis propter discursum de effectibus in causis, vel e conuerso. Qui quidem discursus rationis proprius est, quam claritas intellectus angelici excedit. Alio modo volubilitas potest referri ad successione eorum quae cogitantur. & sic sciendum, quod quantum ad illam cognitionem qua angeli cognoscunt res in verbo, non potest esse successio: quia per unum diuersa cognoscit. Sed quantum ad ea quae cognoscuntur per species innatas, vel per illuminationem superiorum est ibi successio. Unde Augustinus super Genesim ad litteram, quod Deus mouet, spirituale creaturam per tempus, quod est per affectiones mutari.

Ad xv. dicendum, quod visio beatitudinis est illa qua videtur Deus per essentiam & res in Deo, & in ista non est aliqua successio, nec in ea angeli proficiunt: sicut nec in beatitudine. Sed in visione rerum per species innatas, vel per illuminationes superiorum proficere possunt. & quantum ad hoc visio illa non mensurat aeternitate, sed tempore: non quidem tempore.

Quaest. dif. S. Tho. VV 4 porc

Lib. 1. Confessionum. c. 4. in principio. tom. 1. pag. 100.

Cap. 20. 22. & 23. 20. 3.

D. 129.

D. 159.

pore quod est mensura motus primi mobilis de quo Philosophoquitur: sed tempore non continuo, quali creatio rerum mensuratur. qd nihil aliud est quam variatio prioris, & posterioris in creatione reru, & in successione angelicorum intellectu.

Ad xvi. dicendum, quod corpus Christi est finitum, & comprehenditur visu corporali, essentia autem divina non comprehenditur visu spiritali cum sit infinita: & ideo non est simile.

Ad xvii. dicendum, quod ratio illa procederet si intellectus maxime cognoscibile, quod est Deus, perfecte cognosceret. Quod quia non est, ratio non sequitur.

Et similiter dicendum est ad decimum octauum de causa, & est. Et, ut ex dictis patet.

Ad xix. dicendum, quod non sunt hoc modo rationes rerum in Deo sicut colores in tabula vel pariete, ut ex dictis patet, & ideo ratio non sequitur. Alia concedimus quia verum concludunt, quamuis non debito modo.

In corp. art.

ARTICVLVS V.

Utrum visio rerum in verbo, sit per aliquas similitudines rerum in intellectu angelico existentes.

1. par. q. 12. ar. 9.

QVINTO quaeritur, utrum visio rerum in verbo sit per aliquas similitudines rerum in intellectu angelico existentes: & utrum sic, omnis. n. cognitio est per assimilationem cognoscentis ad cognitum: si igitur intellectus angelicus cognoscit aliqua in verbo, oportet, quod cognoscat ea per aliquas similitudines apud se existentes.

¶ 1. Præ. Sicut se habet corporalis res ad visum corporalem, ita spiritalis ad visum spirituale: sed res corporalis non cognoscitur a visu corporali nisi per aliquam impressionem rei in ipso existentem. ergo similiter est de visu spiritali.

¶ 2. Præ. Gloria non destruit naturam, sed perficit: sed cognitio naturalis Angeli est per aliquas species, ergo, & cognitio gloriæ, quæ est visio in verbo est per similitudines rerum.

¶ 3. Præ. Ois cognitio est per aliquam formam: sed verbum non potest esse forma intellectus, nisi forma exemplaris: quia nullius rei est forma intrinseca, ergo oportet quod per aliquas formas cognoscat intellectus Angeli ea, quæ in verbo cognoscit.

¶ 4. Præ. Paulus in raptu, Deum per essentiam vidit. ut patet 2. Cor. 12. in gl. & ibi: vidit arcana verba, quæ non licet homini loqui: illorum autem verborum non fuit oblitus postquam verbum per essentiam videre desinit. ergo oportet quod per aliquas similitudines in intellectu remanentes illa cognosceret, & eadem ratione Angeli, quæ cognoscit in verbo, oportet, quod per similitudines aliquas cognoscat, ut videtur.

Sed dicendum quod abeunte verbo remanent in anima Pauli, quedam reliquia illius visionis. Simpressiones quedam vel similitudines quibus reminisci poterat, quæ in verbo viderat: sicut abeuntibus sensibilibus remanent eorum impressiones in sensu.

¶ 5. Præ. Res aliqua magis imprimitur in aliquam in sui presentia, quam in sua absentia: si ergo verbum in sui absentia reliquit impressionem in intellectu Pauli, ergo & in sui presentia.

Sed contra. Quicquid est in Deo, est Deus: si ergo Angelus videns essentiam Dei, non videt eam per aliquam similitudinem, nec ideas rerum in eo existentes per aliquam similitudinem videt.

¶ 2. Præ. Rationes rerum resultant in verbo sicut imagines in speculo: sed per unam similitudinem speculi videntur omnia, quæ in speculo relucunt, ergo & per ipsam formam verbi videntur omnia, quæ in verbo cognoscuntur.

Glos. 2. cor. 12. Super illud Scio hominem raptum in gl. ord. & Interlinea.

¶ 3. Præ. Intellectus Angeli est, sicut tabula picta, eo quod omnis intelligentia est plena forma, ut dicitur in lib. de Causis: sed tabula picta non superadduntur alia pictura: propter hoc non probatur in 3. de Anima, quod intellectus possibilis potest omnia recipere, quia est sicut tabula, in qua nihil est scriptum, ergo non potest esse quod eorum quæ cognoscit Angelus in verbo, aliquas similitudines habeat.

RESPON. Dicendum, quod omnis cognitio est per assimilationem cognoscentis ad cognitum, quod quid autem assimilatur alicui secundum hoc, quod illud est simile tertio, ipsum est tertio simile tertio. Sicut filius similatur patri in hoc quod ipse pater est similis auctori, & filius auctori similatur. Dupliciter igitur aliquid alicui similatur. Vno modo, ex hoc, quod similitudinem eius immediate ab eo accipit in se.

Alio modo, ex hoc quod assimilatur alicui, quod est simile ei, & similiter etiam dupliciter fit cognitio. Cognoscimus, n. per visum Sortem in quantum visus noster assimilatur Sorti, & in quantum assimilatur imagini Sortis: & vtraque istarum assimilationum sufficit ad cognoscendum Sortem. Dico ergo, quod quando aliqua res cognoscitur per similitudinem alterius rei, illa cognitio non fit per aliquam aliam similitudinem, quæ sit immediate ipsi rei cognita. Et si cognoscens cognoscat viam, & eandem rem per similitudinem propriam, & per similitudinem alterius rei, erunt diuersæ cognosciones.

¶ 2. Præ. Sicut se habet corporalis res ad visum corporalem, ita spiritalis ad visum spirituale: sed res corporalis non cognoscitur a visu corporali nisi per aliquam impressionem rei in ipso existentem. ergo similiter est de visu spiritali.

¶ 3. Præ. Gloria non destruit naturam, sed perficit: sed cognitio naturalis Angeli est per aliquas species, ergo, & cognitio gloriæ, quæ est visio in verbo est per similitudines rerum.

¶ 4. Præ. Ois cognitio est per aliquam formam: sed verbum non potest esse forma intellectus, nisi forma exemplaris: quia nullius rei est forma intrinseca, ergo oportet quod per aliquas formas cognoscat intellectus Angeli ea, quæ in verbo cognoscit.

¶ 5. Præ. Paulus in raptu, Deum per essentiam vidit. ut patet 2. Cor. 12. in gl. & ibi: vidit arcana verba, quæ non licet homini loqui: illorum autem verborum non fuit oblitus postquam verbum per essentiam videre desinit. ergo oportet quod per aliquas similitudines in intellectu remanentes illa cognosceret, & eadem ratione Angeli, quæ cognoscit in verbo, oportet, quod per similitudines aliquas cognoscat, ut videtur.

Sed dicendum quod abeunte verbo remanent in anima Pauli, quedam reliquia illius visionis. Simpressiones quedam vel similitudines quibus reminisci poterat, quæ in verbo viderat: sicut abeuntibus sensibilibus remanent eorum impressiones in sensu.

¶ 2. Præ. Rationes rerum resultant in verbo sicut imagines in speculo: sed per unam similitudinem speculi videntur omnia, quæ in speculo relucunt, ergo & per ipsam formam verbi videntur omnia, quæ in verbo cognoscuntur.

Sed contra. Quicquid est in Deo, est Deus: si ergo Angelus videns essentiam Dei, non videt eam per aliquam similitudinem, nec ideas rerum in eo existentes per aliquam similitudinem videt.

¶ 2. Præ. Rationes rerum resultant in verbo sicut imagines in speculo: sed per unam similitudinem speculi videntur omnia, quæ in speculo relucunt, ergo & per ipsam formam verbi videntur omnia, quæ in verbo cognoscuntur.

Sed dicendum quod abeunte verbo remanent in anima Pauli, quedam reliquia illius visionis. Simpressiones quedam vel similitudines quibus reminisci poterat, quæ in verbo viderat: sicut abeuntibus sensibilibus remanent eorum impressiones in sensu.

¶ 2. Præ. Rationes rerum resultant in verbo sicut imagines in speculo: sed per unam similitudinem speculi videntur omnia, quæ in speculo relucunt, ergo & per ipsam formam verbi videntur omnia, quæ in verbo cognoscuntur.

Sed dicendum quod abeunte verbo remanent in anima Pauli, quedam reliquia illius visionis. Simpressiones quedam vel similitudines quibus reminisci poterat, quæ in verbo viderat: sicut abeuntibus sensibilibus remanent eorum impressiones in sensu.

¶ 2. Præ. Rationes rerum resultant in verbo sicut imagines in speculo: sed per unam similitudinem speculi videntur omnia, quæ in speculo relucunt, ergo & per ipsam formam verbi videntur omnia, quæ in verbo cognoscuntur.

Sed dicendum quod abeunte verbo remanent in anima Pauli, quedam reliquia illius visionis. Simpressiones quedam vel similitudines quibus reminisci poterat, quæ in verbo viderat: sicut abeuntibus sensibilibus remanent eorum impressiones in sensu.

AD TERTIUM dicendum, quod quamvis gloria non destruat naturam, cleuat tamen eam ad id, quod per se non poterat, hoc est ad hoc, quod videatur res per ipsam essentiam Dei sine aliqua similitudine media in visione illa.

AD QVARTUM dicendum, quod verbum non est alicuius rei forma intrinseca, ita quod sit pars essentiae rei, est tamen intellectui forma intrinseca ut intelligibile per ipsum.

AD QUINTUM dicendum, quod Paulus postquam defuit ad essentiam Dei videre, memor fuit rerum quas in verbo cognouerat per similitudines reru apud se remanentes.

AD SEXTUM dicendum, quod similitudines ille que remanserunt post absentiam verbi, imprimabantur etiam quando verbum per essentiam videbatur, sed tamen illa visio, qua videbatur per verbum, non erat per illas impressiones, vt ex dictis patet.

ARTICVLVS VI.  
Vtrum Angelus cognoscat seipsum.

Sexto quaeritur, vtrum angelus cognoscat seipsum. Et videtur quod non, quia videtur Dion. 6. c. Celestis hierarchie, angeli ignorant suas virtutes: sed si cognoscerent per essentiam cognoscerent suas virtutes ergo angelus suam essentiam non cognoscat.

¶ 1. Præ. Si angelus cognoscat seipsum, hoc non est per aliquam similitudinem, sed per essentiam suam: quia in his quae sunt sine materia, id est intellectus, et quod intelligitur, vt dicitur in 3. de Anima: sed per essentiam suam se cognoscere non potest, quia illud quod intelligitur, est forma intellectus, essentia autem angeli non potest esse forma intellectus eius: cum magis intellectus in se sit essentia, vt proprietates quaedam, siue forma, ergo angelus nullo modo cognoscat se.

¶ 2. Præ. Idem non potest esse agens et patiens, mouens, et motum, nisi hoc modo quod vna pars eius sit mouens, vel agens, et alia mota vel passiva: vt patet in animalibus, vt probatur in 8. Physic. sed intelligens, et intellectum se habent vt agens et patiens, ergo non potest esse vt angelus totum se intelligat.

¶ 3. Præ. Si angelus intelligit se per essentiam suam oportet quod essentia sua, sit actus intellectus eius: sed nulla essentia per se subsistens potest esse actus alicuius, nisi sit actus purus: res enim non potest esse alicuius forma, esse autem actum purum nulli essentiae conuenit nisi diuina: ergo angelus non potest se per essentiam suam cognoscere.

¶ 4. Præ. Nihil intelligitur nisi secundum quod denudatur a materia, et a conditionibus materialibus: sed esse in potentia est quaedam materialis conditio a qua angelus denudari non potest, ergo angelus seipsum intelligere non potest.

¶ 5. Præ. Si angelus intelligit se per essentiam suam, oportet quod essentia sua sit in intellectu suo: sed hoc esse non potest, quoniam intellectus est in essentia, non in potentia esse aliquid in altero & e converso, ergo angelus non cognoscat se per essentiam suam.

¶ 6. Præ. Intellectus angeli habet potentiam admissam, inhihil autem de potentia in actum reducitur a seipso, cum ergo intellectus reducatur in actum cognitionis per ipsum cognoscibile, impossibile erit quod angelus cognoscat vel intelligat seipsum.

¶ 7. Præ. Nulla potentia habet efficaciam agendi, nisi ab essentia in qua radicatur, ergo intellectus angeli est efficax ad intelligendum ex virtute essentiae suae: sed non potest idem esse principium agendi & patiendi. Cum ergo illud quod intelligitur, sit quodammodo vt passum, videtur quod angelus essentiam suam cognoscere non possit.

¶ 9. Præ. Demonstratio est actus intellectus: sed non potest idem per idem demonstrari, ergo non potest esse, quod angelus per essentiam suam intelligatur a se.

¶ 10. Præ. Quia ratione reflectitur in se intellectus, & affectus: sed affectus angeli non reflectitur in se, nisi per dilectionem naturalem, quae est quidam naturalis habitus, ergo nec angelus se cognoscere potest nisi mediante aliquo habitu, & ita non cognoscat se per essentiam suam.

¶ 11. Præ. Operatio cadit media inter agens & patiens, sed intellectus, & intellectum se habent, vt agens & patiens: cum igitur nihil medium cadat inter rem aliquam & seipsam, impossibile videtur quod angelus seipsum intelligat.

SED CONTRA, Quod potest virtus inferior, potest superior, vt dicit Boetius: sed anima nostra seipsam cognoscat, ergo multo fortius angelus.

¶ 2. Præ. Haec est ratio quare intellectus noster seipsum intelligit, non autem sensus, vt dicit Auic. quia sensus videtur organo corporali, non autem intellectus: sed intellectus angeli est magis separatus ab organo corporali, quam etiam noster intellectus, ergo angelus etiam cognoscat seipsum.

¶ 3. Præ. Intellectus angeli cum sit deiformis maxime assimilatur intellectui diuino: sed Deus se per essentiam suam cognoscat, ergo & angelus.

¶ 4. Præ. Quanto intelligibile est magis proportionatum intellectui, tanto magis potest ipsum cognoscere: sed nullum intelligibile est magis proportionatum intellectui angelico, quam sua essentia, ergo essentiam suam maxime cognoscat.

¶ 5. Præ. In libro de Causis dicitur, quod omnis scientia cognoscit essentiam suam, & redit ad essentiam suam reductione completa, ergo & angelus cum sit sciens, cognoscit essentiam suam, & redit ad essentiam suam reductione completa.

RESPON. Dicendum, quod duplex est actio: vna quae procedit ab agente, in rem exteriorem, quam transmutat, & haec est sicut illuminare, quae est propria actio nominatur. Alia vero actio est, quae non procedit in rem exteriorem, sed stat in ipso agente, vt perfectio ipsius: & haec proprie dicitur operatio, & haec est sicut lucere. Haec autem duae actiones in hoc conueniunt, quod vtraque non progreditur nisi ab existente in actu, sicut quod est actus, unde corpus non lucet, nisi sicut quod habet lucem in actu: & similiter non illuminat.

¶ Actio autem appetitus, & sensus & intellectus non est sicut actio progrediens in materiam exteriorem: sed sicut actio consistens in ipso agente, vt perfectio eius. Et ideo oportet quod intelligens sicut quod intelligit sit actus, non autem oportet quod intelligendo intelligens sit vt agens, intellectum vt passum: sed intelligens & intellectum, prout ex eis est effectum vnum quid, quod est intellectus in actu, sunt vnum principium huius actus, qui est intelligere. Et dico ex eis effici vnum quid, in quantum intellectum coniungitur intelligenti, siue per essentiam suam, siue per similitudinem, unde intelligens non se habet vt agens vel vt patiens, nisi per accidens, in quantum. Sed hoc quod intelligibile vniatur intellectui, requiritur actio vel passio: actio quidem sicut quod intellectus agens facit species esse intelligibiles actu: passio autem secundum quod intellectus possibilis recipit species intelligibiles, & sensus species sensibiles: sed hoc quod est intelligere, consequitur ad hanc passionem vel actionem, sicut effectus ad causam. Sicut ergo corpus lucidum lucescit quando est lux actu in ipso, ita intellectus intelligit omne illud quod est actu intelligibile in eo. Sciendum est igitur, quod nihil prohibet esse aliquid actu vnum, & in potentia alterum,

L. r. de cōf. p. 4. a. me. dio.

Prop. 15. te. 3. inter ope. 12. Arist.

D. 1122.

d. 11.

11. cor. 11.

2. p. 16. ar. 1. c. 1. Non procul a hinc id habet clarus.

6. 11. in. 2.

6. 11. in. 2.

Ad

rum, sicut corpus diaphanū est actu quod est corpus: sed potentia tū coloratū. Et similiter est possibile aliquid esse actu ens, quod in genere intelligibile est potentia tū. Sicut enim est gradus actus & potētis in entibus, quod aliquid est potentia tū, ut materia prima: aliquid actu tū, ut Deus, aliquid actu & potētia, ut omnia intermedia, sic est in genere intelligibile aliquid, ut actu tantum, sicut essentia divina, aliquid ut potentia tantum, ut intellectus possibilis, quod hoc modo se hēt in genere intelligibile sicut materia prima in ordine sensibile, sicut dicitur Com. in 3. de Anima. omnes autem substantiæ angelicæ sunt mediæ habentes aliquid de potentia, & actu, non solum in genere entium: sed et in genere intelligibile. Sicut igitur materia prima non potest agere aliquam actionem, nisi perficiat per formam, & tunc actio illa est quaedam emanatio formæ ipsius magis quam materiæ, res autem existentes actu possunt agere actiones, sicut quod sunt actu: ita intellectus possibilis noster nihil potest intelligere antequam perficiatur forma intelligibile in actu: tunc enim intelligit rem cuius est illa forma, nec potest se intelligere nisi per formam intelligibile actu in se existentem. Intellectus vero angeli, qui habet essentiam, quæ est ut actus in genere intelligibile, sibi presentem, potest intelligere id, quod est intelligibile apud ipsum scilicet essentiam suam non per aliquam similitudinem: sed per seipsam.

Com. 19.

In corp. ar.

Ad primum ergo dicendum, quod angeli cognoscunt virtutem suam, sicut in se consideratur eam comprehendendo: non autem secundum quod deducitur ab exemplari eterno eam comprehendunt: hoc enim esset ipsum exemplar comprehendere.

Ad secundum dicendum, quod essentia angeli quamvis non possit comparari ad intellectum eius ut actus ad potentiam in essendo: comparatur tamen ad ipsum, ut actus ad potentiam in intelligendo.

Ad tertium dicendum, quod intellectum, & intelligens non se habent ut agens, & patiens, sed ambo se habent ut unum agens, ut patet ex dictis: quamvis quantum ad modum loquendi videantur ut agens, & patiens significari.

Ad quartum dicendum, quod quæ essentia angeli non sit actus purus, non tamen habet materiam partem sui: sed secundum hoc est in potentia quod esse non hēt a seipso. Et ideo nihil prohibet ipsum comparari ad intellectum, ut actum in intelligendo.

Ad quintum dicendum, quod id quod intelligitur non oportet denudari a qualibet materia. Cōstat enim quod formæ naturales nunquam intelliguntur sine materia, cum materia in earum definitione cadat: sed oportet quod denudetur a materia individuali quæ est materia, determinatis dimensionibus substantis. unde minus oportet quod separetur a potentia tali, qualis est in angelis.

Ad sextum dicendum, quod nihil prohibet aliquid esse in altero: & illud in eo diversis modis, sicut totum in partibus & e converso, & similiter est in proposito. essentia enim angeli est in intellectu eius sicut intelligibile in intelligente, intellectus autem in essentia sicut potentia in substantia.

Ad septimum dicendum, quod intellectus angeli non est, in potentia respectu essentia eius: sed respectu eius semper est in actu, respectu autem aliorum intelligibilium potest esse in potentia: nec tamen sequitur, quod quod intellectus est in potentia, quod per aliud agens reducatur in actum semper: sed solum quod est in potentia essentiali, sicut aliquid antequam addifcat. quod autem est in potentia accidentalī, sicut habens ha-

bitum dum non considerat, potest per seipsam esse in actu, nisi dicatur quod reducitur in actu per voluntatem, qua movetur ad actum considerandum.

Ad octavum dicendum, quod illud quod intelligitur non est, ut passum: sed ut principium actionis, ut patet ex dictis, & ideo ratio non sequitur.

Ad nonum dicendum, quod aliquid potest esse cognitionis causa dupliciter. uno modo ex parte cognoscentis, & sic magis notū est causa cognoscendi minus notū, & hoc modo mediū demonstrationis est causa cognoscendi, vel intelligendi. Alio modo ex parte cognoscentis, & sic causa cognitionis est illud, quod facit cognoscibile esse actu in cognoscente, & sic nihil prohibet aliquid per seipsam cognosci.

Ad x. dicendum, quod dilectio naturalis non est habitus, sed actus.

Ad xi. Dicendum, quod operatio intelligibilis non est media secundum rem inter intellectum, & intellectum: sed procedit ex utroque, secundum quod sunt unita.

ARTICVLVS VII.

Utrum vnus Angelus intelligat alium.

Septimo quaritur, utrum vnus angelus intelligat alium. Et vñ, quod non, quia videtur dicitur ca. cel. hier. ipsi angeli suam ordinationem ignorabant, si autem angelus vnus cognosceret alium, in ordinationem scient. ergo vnus alium non cognosceret.

¶ 2 Præ. Omnis intelligentia scit, quod est in se, in quantum causa est ei, ut dicitur in lib. de Causis & Effectibus. est infra se, in quantum est causatum ab ea. sed illud quod est in se, in quantum est causatum ab ea, non ponitur, quod vnus angelus sciat causam alterius. ergo vnus alium non cognoscit.

¶ 3 Præ. Sicut dicit Boetius, vniuersale est intelligitur, singulare dum sentitur: sed angelus est quoddam singulare cum sit persona, cum igitur vnus angelus tantum per similitudinem cognoscatur, videtur quod vnus angelus non cognoscatur.

¶ 1 Item vñ, quod vnus angelus alium non cognoscit per essentiam cogniti. Id enim quod intelligitur intelligit oportet esse intrinsecum ipsi intelligenti, sed essentia vnus angeli non potest esse intrinsecum intellectui alterius, quia nihil illabatur menti vnus angelus vnus. ergo vnus angelus non potest cognoscere alium angelum per essentiam eius.

¶ 2 Præ. Possibile est vnū angelū cognoscere ab omnibus angelis: id autem quod aliquid cognoscitur esse in intellectu ipsi cognoscenti. si ergo vnus angelus cognosceret alium per essentiam angeli cogniti, oportet quod vnus angelus cognosceret esse pluribus locis: cum vnus angelus cognosceret in pluribus locis.

¶ 3 Præ. Angeli essentia substantia quædam est, intellectus autem accidens cum sit potentia quædam sed substantia non est forma accidentis. ergo essentia vnus angeli non potest esse alterius substantia qua intelligat.

¶ 4 Præ. Nihil cognoscitur ab intellectu per seipsum presentiam quod est separatum ab eo: sed vnus angeli essentia est separata ab intellectu alterius: ergo vnus angelus ab alio non cognoscitur per seipsum presentiam suam.

¶ 1 Item vñ, quod vnus angelus non cognoscit per seipsum essentiam sui cognoscentis alium. Sicut enim in superioribus angelis sunt inferiores, ita & inferiores creaturæ. si ergo vnus angelus cognosceret per seipsum essentiam suam cognosceret oēs res sensibiles, & non per aliquas formas, ut dicitur in lib. de Causis & Effectibus.

¶ 2 Præ. Nihil ducit in cognitionem alterius, nisi ipse habeat.

habet similitudinem cum eo : sed essentia vnus angeli non conuenit cum alio, nisi in genere: si ergo vnus alium cognoscat solum per essentiam sui cognoscentis, non cognoscat eum nisi in genere, quod est imperfecte cognoscere.

¶ 3 Præ. Illud per quod aliquid cognoscitur est ratio ipsius: si ergo vnus angelus per essentiam suam oēs alios cognoscat, essentia sua erit ratio propria omnium, quod videtur soli diuine essentiae conuenire.

¶ 1 Item videtur, quod vnus angelus non cognoscat alium per similitudinem, siue per speciem aliquam in se existentem, quia vt dicit Dionysius, angeli sunt diuina lumina: sed lumen non cognoscitur per aliquam speciem, sed per se, ergo nec angelus.

¶ 2 Præ. Omnis creatura tenebra est, vt patet per B Orig. super illud Io. 1. Et tenebræ eam & c. sed similitudo tenebræ oportet quod sit tenebra, tenebra autem non est principium manifestationis, sed occultationis: cum igitur angelus sit creatura, & sit tenebra, non poterit cognosci per suam similitudinem: sed si cognoscitur, oportet quod cognoscatur per lumen diuinum in ipso existens.

¶ 3 Præ. Angelus est Deo propinquior quam rationalis anima, sed sicut anima cognoscit omnia, & iudicat de oibus, secundum connexionem quam habet ad rationes æternas, non per aliquas artes quas secum ad corpus detulerit, ergo multo fortius angelus non cognoscit alium angelum per similitudinem eius, sed per rationem æternam.

¶ 4 Item vñ, quod nec per similitudinem innatam, quia aequaliter similitudo innata se habet ad præsens & distans: si igitur vnus angelus alium cognoscat per similitudinem innatam, non cognoscat de eo quando erit præsens, & quando erit distans.

¶ 5 Præ. Deus potest de nouo facere vnum angelum: sed angelus qui non est, formam non hæt penes se: si ergo angelus naturali cognitione non cognoscat alium angelum, nisi per formam innatam, angeli qui modo sunt non cognoscerent naturali cognitione angelum qui de nouo fieret.

¶ 6 Item videtur, quod nec per formas impressas ab intelligibilibus, sicut sensus per formas impressas a sensibilibus, quia secundum hoc inferiores angeli non cognoscerentur a superioribus, cum non possint imprimere in eos.

¶ 7 Item videtur, quod nec per formas abstractas aphantasmatis, quia sic inferiores non cognoscerent superiores, ex quibus omnibus videtur, quod vnus angelus alium non cognoscat.

SED CONTRA, In libro de Causis dicitur: oīs intelligentia scit res, quæ non corrumpunt, nec cadunt in terra: sed angeli sunt incorruptibiles & supra tempus, ergo vnus angelus ab alio angelo cognoscitur.

¶ 2 Præ. Similitudo est causa cognitionis: sed cū intellectu vnus angeli magis conuenit alius angelus, quam res materiales, cum ergo angeli res materiales cognoscant, multo fortius & c.

¶ 3 Præ. Intellectui vnus angeli magis est proportionata essentia alteri angeli, quā essentia diuina, ergo cū angeli videant Deū per essentiam, multo fortius vnus angelus essentiam alteri angeli cognoscat.

¶ 4 Præ. Vt dicitur in libro de intelligētiis, omnis substantia immaterialis & immixta est omnium cognitio, & hoc probatur ex hoc quod hñ 3. de Anima, quod intellectus est immixtus, vt omnia cognoscat: sed esse immateriales & immixtos maxime conuenit angelis, ergo ipsi omnia cognoscunt, & ita vnus alium.

¶ 1 Item vñ, quod vnus angelus alium cognoscat

A per essentiam angeli cogniti. Ang. enim dicit 12. sup Genesim ad literam, quod angeli sua viā demonstrat per cōmissionem spiritus, sed commissio nō potest esse nisi vnus spiritus, sed commissio nō iungatur ergo vnus angelus alteri per essentiam cōiungi, & ita per essentiam ab alio cognosci.

¶ 2 Præ. Cognitio est actus quidam ad actionē aut exigit vel sufficit cōtractus, ergo cum inter vnum angelum & alium possit esse spiritualis cōtractus, vnus alium per essentiam suam cognoscere poterit.

¶ 3 Præ. Magis conuenit intellectus vnus angeli cū essentia alterius angeli, quā cū similitudine rei naturalis: sed intellectus angeli potest informari similitudine rei ad cognoscendam rem materiale, ergo & essentia alterius angeli potest esse forma intellectus angelici, qua alium angelum cognoscat.

¶ 4 Præ. Secundum August. 12. super Genesim ad literam, intellectualis visio est earum rerum quarum similitudines non sunt aliud quam earū essentia: sed vnus angelus non cognoscit alium, nisi intellectuāli visione, ergo non cognoscit eum per similitudinem, quæ sit aliud quam essentia eius, & sic idem quod prius.

RESPON. Dicendum, quod vnus angelus absque dubio alium cognoscit, cum quilibet angelus sit substantia intelligibilis in actu per hoc, quod est a materia immunis. Intellectus autē angelicus non accipit a sensibilibus, & ideo in formas ipsas intelligibiles, & immateriales fertur, eas intelligendo. Sed de modo cognitionis videtur esse diuersitas in sententia, cōsideratis diuersorum dictis. Comment enim in 11. Metaph. dicit, quod in substantijs separatis a materia nō differt forma, quæ est in intellectu, a forma, quæ est extra intellectum. Quod enim apud nos forma domus quæ est in mente artificis, sit aliud a forma domus, quæ est extra, procedit ex hoc, quod forma exterior est in materia: forma autem artis est sine materia, & secundum hoc, cum angeli sint substantia, & formæ immateriales, vt dicit Dionysius, videtur sequi quod forma, qua vnus angelus intelligitur ab alio, sit idē quod essentia eius, qua in se subsistit. Sed istud non videtur esse possibile vniuersaliter. Forma enim qua intellectus intelligit cum sit intellectus perfectio, est nobilior intellectu, & propter hoc Philosophus in 11. Metaphysic. probat, quod Deus non intelligit extra se, quia illud perficeret intellectum eius, & esset eo nobilior. Si igitur superiores angeli intelligerent inferiores per essentiam inferiorum, sequeretur quod inferiorum essentia essent perfectiores intellectibus superiorum, & eis nobiliores, quod est impossibile. Posset autem forte dici, quod hic modus est conueniens quātum ad modum intelligendi, quo inferiores intelligunt superiores, vt scilicet inferior superiorē intelligat per essentiam superiores. Et huic videntur consonare verba Dionysii 4. capit. de Diuinis nominibus, vbi angelos distinguere videtur per intelligibiles, & intellectuales substantias: superiores quidem intelligibiles vocās, inferiores autem intellectuales, vbi etiam dicit, quod inferioribus sunt superiores, vt cibus, quod videtur posse intelligi hoc modo, in quantum scilicet superiorum essentia sunt formæ, quibus inferiores intelligunt: sed hæc via posset sustineri fortassis apud Philosophos, qui posuerunt superiores intelligentias esse inferiorū creatrices. Sic enim poterāt ponere quodammodo quod superior angelus inferiori esset intimus, quasi eā cōferuās eum in esse, quod quidem apud nos dicitur

Cap. 12. in fl. 10. 3.

24. 10. 3.

Lib. 2. metz. ex Coun. 1.

Cap. 1. ecel. Hierar. par. ante med. dium.

Lib. 11. metz. c. 51. 10. 3.

C. 4. de Di. in. non. 2. p. ante. ante. Orig. et. in. Com. 2. in. di. uer. a. nec. duo. illas. co. no. 3.

Lib. de. vni. religio. c. 10. 1.

Prop. 11. 10. 3. 10. 3.

10. 3. 10. 3.

dicunt non potest nisi de solo Deo, qui mentibus angelicis & humanis illabitur. Forma autem, qua intellectus intelligit, oportet quod sit intra intellectum intelligentem in actu. unde non potest dici de aliqua substantia spirituali, quod per essentiam suam ab alia videatur, nisi de solo Deo. Quod est philosophorum opinio non fuerit quod angelus per essentiam suam ab alio videatur, hoc manifeste patet eorum dicta intuenti: dicitur enim in 2. Metaph. quod illud quod intelligit motor orbis Saturni de motore primi orbis est aliud ab eo, quod intelligit de ipso motore orbis Iouis: Quod non potest esse verum, nisi quantum ad id, quo uterque intelligit. Et hoc non esset si uterque intelligeret motorem orbis superioris per essentiam eius. In commento est libri de causis dicitur, quod intelligentia inferior, quod est supra se per modum substantiæ suæ intelligit, & non per modum substantiæ superioris. Auicenna etiam dicit in Metaph. sua, quod intelligentias esse in nobis nihil est aliud, quam impressiones earum in nobis esse, non quod per essentiam suam sint in intellectu. Quod vero supra inductum est ex verbis Com. in 2. Metaph. intelligendum est, quod aliqua substantia separata a materia intelligit seipsam. Tunc enim non oportet, quod sit aliud forma in intellectu, & forma qua res, in se subsistit: eo quod ipsa forma, qua talis res in se subsistit, est intelligibilis in actu propter immunitatem suam a materia. Dionysius et verba non sunt secundum hunc intellectum accipienda, sed eosdem vocat intelligibiles, & intellectuales, vel superiores vocat intelligibiles, & inferiorum cibum, in quantum in eorum lumine inferiores intelligunt. Ex aliorum autem dictis videtur, quod angelus per essentiam suam, id est videns alium angelum videat. Et hoc videtur ex verbis Aug. de Trinitate, ubi sic dicit: Mens ipsa sicut corporum rerum notitias per corporis sensus colligit, ita & in corporum rerum per se ipsam. Ex quo videtur similiter etiam de mente angeli, quod cognoscendo seipsam cognoscat alios angelos. Huic videtur etiam attestari, quod dicitur in libro de Causis, quod intelligentia intelligit quod est supra se, & infra se, per modum substantiæ suæ. Sed istud non videtur sufficere: quia, cum omnis cognitio sit per assimilationem, angelus per essentiam non potest plus de alio angelo cognoscere, quam hoc, in quo essentia est similis. Unus autem angelus alteri non similatur nisi in natura communi, & sic sequeretur quod unus alium non cognosceret cognitione completa, & præcipue quantum ad illos, qui ponunt plures angelos esse unius speciei. Quantum enim ad illos, qui ponunt plures angelos specie ab invicem differre forte posset aliquo modo sustineri modus iste. Quilibet enim angelus cognoscendo essentiam suam, cognoscat perfecte intellectualem naturam. Cognita autem natura intellectuali perfecte, cognoscuntur omnes gradus naturæ intellectualis: diversa autem species in angelis non distinguuntur, nisi secundum gradus perfectionis intellectualis nature, & secundum hoc unus angelus essentiam suam videns concipit singulos gradus naturæ intellectualis, & per huiusmodi conceptiones de omnibus alijs angelis cognitionem completam habet. Et sic potest saluari, quod quidam alij dicunt, quod unus cognoscat alium per formam acquisitam, ut predicta conceptio forma acquisita dicatur. Sicut si albedo seipsam intelligeret perfecte cognosceret naturam coloris, & per consequens omnes species colorum secundum gradus colorum distincte, & ulterius

et omnes individuos colores: si in una specie non esset nisi unus individuus. Sed adhuc hic modus non videtur sufficere. Quamvis enim in una specie non sit nisi unus angelus, tamen in angelo alicuius speciei aliud erit, quod ei conveniet ex ratione ipsius speciei, & aliud, quod ei conveniet in quantum est quoddam individuus, sicut operationes particularis ipsius, & has secundum modum predictum nullo modo de eo alius angelus cognoscere posset. An dicitur autem Aug. non sonat, quod mens per seipsam sicut per medium cognoscendi cognoscat alia, sed sicut per potentiam cognoscitivam, sic enim per sensus corporalia cognoscit. Unde alius modus eligendus, ut dicatur, quod unus angelus alios cognoscat per similitudines eorum in intellectu existentes: non quidem abstractas, aut in prædicta ab alio angelo, vel aliquo modo acquisitas, sed in creatione divinitus impressas, sicut & res materiales per huiusmodi similitudines cognoscit, & hoc magis per frequentia patebit.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod ordinatorem suam in se consideratam angeli cognoscunt non autem comprehendunt, secundum quod de divina providentia subsistant, hoc enim effectus ipsam providentiam comprehendere.

**A**D SECUNDUM dicendum, quod ratio causa, & causari, non est ratio cognitionis, nisi quantum causatum similitudinem habet suæ causæ, & converso. Unde si in uno angelo ponamus similitudinem alterius præter hoc, quod sit causa, vel effectum eius, remanebit sufficiens ratio cognitionis, cum cognitio sit per assimilationem.

**A**D TERTIUM dicendum, quod ad rationes dicitur intelligitur de particularibus materiis, & huiusmodi substantiis, huiusmodi autem particule non sunt angelus, & ideo ratio non sequitur. Rationes autem illas, quæ probant, quod angelus non cognoscat angelum alium per essentiam angeli visum, vel videns, concedimus quantumvis ad eas possit responderi aliquo modo.

**A**D RATIONES vero illas, quæ probant quod unus angelus alium per similitudinem non cognoscat, respondendum est.

**I**N QUARTUM dicendum, quod de similitudine possibile est esse similitudinem aliquam, vel deficientiorem, sicut quædam similitudo est color, vel est perfectiorem, sicut lux in substantia illuminante. Similiter etiam cum angeli dicantur lumina in quantum sunt forme actu intelligibiles, non est inconueniens quod eorum similitudines sint per modum sublimiorem in superioribus, & per modum inferiorem in inferioribus.

**A**D SECUNDUM dicendum, quod dicitur, quod cum omnis creatura est tenebra, vel falsa, vel nihil in se considerata, non est intelligendum, quod essentia sua tenebra, vel falsitas, sed quia non habet, nec esse, nec lucem, nec veritatem nisi ab alio: unde si consideretur sine hoc, quod ab alio habet, est nihil, & tenebra, & falsitas.

**A**D TERTIUM dicendum, quod anima conuertitur in rationibus æternis in quantum impressio quædam rationis æternæ est in mente nostra, sicut sunt propria naturaliter cognita per que de omnibus alijs huiusmodi est impressio sunt in Angelis similitudines rerum per quas cognoscunt.

**A**D QUARTUM dicendum, quod angelus non cognoscat alium angelum per similitudinem, vel abstractam, vel impressam, sed per similitudinem innatam per quam ducitur in cognitionem angeli alterius, non solum quantum ad essentiam eius, sed et quantum ad

Eom. 49.

Propo. 8. tomo 3. inter opera Arist.

Lib. 3. meta. Capite. 8.

Com. 44.

Li. 9. de Tri. c. 3. in fin. li. 10. 3.

Propo. 8. tomo 3. inter opera Arist.

D. 116.



ad omnia accidentia eius. Et ideo per eam scit quod angelus est distans vel praesens. Et per hoc patet ratio ad tria sequentia. Rationes autem probantes quod vnus angelus alium cognoscit, concedimus.

AD RATIONES vero probantes quod angelus cognoscitur per essentiam suam ab alio angelo, respondendum est. Ad quarum primam dicendum est, quod illa cognitio de qua Augustinus loquitur, non intelligitur quantum ad essentiam, sed quantum ad operationem secundum quod superior spiritus illuminat inferiorem.

AD SECUNDUM dicendum, quod cognoscens & cognitum non se habent sicut agens, & patiens vt dicitur patet: sed sicut duo ex quibus fit vnus cognitionis principium. Et ideo non sufficit ad cognitionem contactus inter cognoscens & cognoscibile: sed oportet quod cognoscibile cognoscenti vnatur vt forma, vel per essentiam suam vel per similitudinem suam.

AD TERTIUM dicendum, quod quamuis essentia angeli magis conueniat cum intellectu angeli alterius, quam cum similitudine rei materialis secundum participationem naturae vnus, non tamen secundum conuenientiam habitudinis quae requiritur inter perfectionem, & perfectibile, sicut etiam vna anima magis conuenit cum alia anima, quam cum corpore, & tamen vna anima non est forma alterius anima, sicut est corporis.

AD QUARTUM dicendum, quod auctoritas Augustini est dupliciter exponi. Vno modo, vt dicat quod Augustinus loquitur de illa visione intellectuali qua spiritus creatus videt Deum, vel seipsum, vel alia quae in ipso sunt per essentiam suam. Constat enim, quod lapis per essentiam suam non est in anima, quous intelligatur. Alio modo potest exponi vt refertur ad obiectum cognitionis, non ad formam qua cognoscitur. Sensus autem & imaginationis obiectum sunt exteriora accidentia quae sunt similitudines rei, & non respiciant obiectum intellectus est quod quid est, id est ipsa essentia rei, vt dicitur in 3. de Anima. Et sic similitudo rei quae est in intellectu est similitudo directae essentiae eius: similitudo autem quae est in sensu vel imaginatione, est similitudo accidentium eius.

ARTICVLVS VII.

Utrum angelus res materiales cognoscat per formas aliquas, an per essentiam sui cognoscentis.

QCTAVO quaeritur, utrum Angelus res materiales cognoscat per formas aliquas, an per essentiam sui cognoscentis. Et videtur quod per essentiam sui. Vnaquaque enim res sufficienter cognoscitur in suo exemplari: sed in 5. c. de Diuinitis nominibus inducitur Clementis Philosophi opinio qui dixit, quod superiora in entibus sunt inferiorum exemplaria, & sic essentia rerum materialium est in angelis. ergo angeli cognoscunt materialia per essentiam suam.

¶ 2 Præ. Res materiales melius cognoscuntur in essentia diuina quam in proprijs naturis, quia clarius ibi relucet: sed essentia angeli est propinquior diuinæ essentiae quam res materiales. ergo potius possunt cognosci in essentia angeli, quam in proprijs naturis. cum ergo nos eas in proprijs naturis cognoscimus, multo fortius angeli suam essentiam intuentes omnia materialia cognoscunt.

¶ 3 Præ. Lumen intellectus agentis est pars a se non stricta: sed in lumine intellectus agentis omnia materialia cognoscimus: quia illud lumen est actus omnium intelligibilium. ergo multo fortius Angelus cognos-

cendo lumen suum omnia materialia cognoscit.

¶ 4 Præ. Cum Angelus res materiales cognoscat, oportet quod eas vel per speciem, vel per essentiam suam cognoscat: sed non per speciem, quia neque per particularem, cum sit immunis a materia: neque per vniuersalem, quia sic non haberet perfectam, & propriam cognitionem de eis. ergo per essentiam suam cognoscit res materiales.

¶ 5 Præ. Si lux corporalis seipsam cognosceret, oes colores ex hoc cognosceret, eo quod ipsa est actus omnium colorum: cum igitur angelus sit lux spiritualis, seipsum cognoscendo cognoscit omnia materialia.

¶ 6 Præ. Intellectus angeli medius est inter diuinum & humanum: sed intellectus diuinus omnia cognoscit per essentiam suam, intellectus autem humanus omnia per species. ergo intellectus angelicus ad minus quadam cognoscendo essentiam suam cognosceret.

¶ 7 Præ. Dion. dicit 7. cap. de Diuinitatis nominibus. Angelos scire dicimus eloquia sacra. scia, quae sunt in terra non secundum sensum ipsa cognoscentes: sed secundum propriam Dei formam mentis virtutem, & naturam. ergo videtur quod cognoscendo virtutem, & naturam suam materialia cognoscunt.

¶ 8 Præ. Si speculum materiale cognoscituum esset, cognosceret res materiales per essentiam suam, nisi a rebus species in ipsum resulerent: sed in intellectu angeli non resulant species a rebus materialibus, vt patet per Dion. 7. cap. de Diuinitatis nominibus: si ergo materialia cognoscant, oportet quod per essentiam suam ea cognoscant, cum sint quoddam speculum, vt patet per Dion. 4. cap. de Diuinitatis nominibus.

¶ 9 Præ. Potentia cognoscitiua in angelis est perfectior, quam potentia naturalis rerum materialium: sed multae potentiae materialium rerum possunt per seipsas in sua obiecta, sine hoc quod aliquid eis addatur. ergo multo fortius intellectus angelicus poterit cognoscere res materiales per essentiam suam sine aliqua specie.

¶ 10 Præ. Efficacior est angelus in cognoscendo, quam ignis in comburendo: sed ignis comburit sine hoc quod aliquid combustibile sit in ipso. ergo idem quod prius.

SED CONTRA, est quod dicitur in libro de Causis, quod omnis intelligentia est plena formis. Et in eodem libro dicitur, quod formae sunt in ea per modum intelligibilem. ergo per huiusmodi formas intelligit res, & non per essentiam suam.

¶ 2 Præ. Magis conuenit essentia angeli cum alio angelo, quam cum re materiali: sed non potest angelus ex hoc, quod cognoscit essentiam suam alios angelos cognoscere. ergo nec cognoscendo essentiam suam materialia cognosceret.

¶ 3 Præ. Illud quod est principium vnitatis non potest esse principium distinctionis: sed essentia angeli est principium vnitatis ipsius, quia per eam angelus vnus est. ergo non potest esse principium distinctionis cognitionis de rebus.

¶ 4 Præ. Nihil praeter Deum est illud, quod habet: sed angelus habet potentiam intellectuam. ergo non est potentia intellectuam. ergo multo minus est id, quo intelligit. ergo non intelligit res per essentiam suam.

RESPON. Dicendum, quod omnis cognitio est per assimilationem: similitudo autem inter aliqua duo est secundum conuenientiam in forma. Cum autem vnitatis effectus vnitatis causae demonstret, & sic in genere cuiuslibet formae ad vnus primum principium illius formae redire oporteat, impossibile est aliqua duo adinuicem esse similia, nisi altero duorum modo.

D. 191. Art. 6 ad ar. 3. & in cor. artic.

D. 191.

Non. c. 4. de Diuinitatis nominibus. c. 1. de Diuinitatis nominibus. c. 1. de Diuinitatis nominibus.

Non. c. 4. de Diuinitatis nominibus. c. 1. de Diuinitatis nominibus. c. 1. de Diuinitatis nominibus.

Non. c. 4. de Diuinitatis nominibus. c. 1. de Diuinitatis nominibus. c. 1. de Diuinitatis nominibus.

Non. c. 4. de Diuinitatis nominibus. c. 1. de Diuinitatis nominibus. c. 1. de Diuinitatis nominibus.

Non. c. 4. de Diuinitatis nominibus. c. 1. de Diuinitatis nominibus. c. 1. de Diuinitatis nominibus.

Amadio illius.

Ante medietatem illius & c. 4. p. q. de Diuinitatis nominibus. non multum ante medietatem.

Pro. loco p. inter opera Arist.

modorum: vel ita quod vnū sit causa alterius. vel ita quod ambo ab vna causa causentur, quæ eandem formam vtrique imprimat: & secundum hoc diuersimode ponimus angelos materialia cognoscere ab eo quod Philosophi posuerunt. Nos. n. non ponimus angelos esse causas materialium rerum: sed Deum creatorem omnium visibilibus, & inuisibilibus, & ideo non potest in angelo esse similitudo naturalium rerum, nisi ab eo qui est materialium rerum causa. omne autē, quod aliquid habet, non a seipso, sed ab altero, est ei præter essentiam suā: & per hunc modum probat Avic. quod esse cuiuslibet rei præter primum ens est aliquid præter essentiam ipsius, quia omnia ab alio esse habent. vnde oportet quod similitudines rerum materialium in angelo existentes, sint aliud ab essentia ipsius impletæ in ipsum a Deo. Rationes. n. rerū materialium in mente diuina sunt quidē lux, & vita: vita quidem sunt, in quantum procedit ad rerum constitutionem in esse, sicut forma artis procedit in artificiatum: lux vero sunt, in quantum eadem impressiones quales efficiunt sibi similes in mentibus angelorum. Philosophi autem posuerunt rerum materialium esse angelos creatores. Et tñ secundum eorum positionem adhuc oportet, quod res materiales non per essentiam suam, sed per formas superadditas cognoscant. Similitudines enim effectuum nō sunt in causa nisi per modum, quo in ea est virtus ad producendum effectum, ut habetur in libro de Causis. Intelligentia autem non dat esse rebus inferioribus nisi per virtutem diuinam, quæ est in ipsa. vnde hanc eius operationem dicit diuinam. Et sic hæc virtus est ei non ex principis essentia suæ prodiens, sed ab alio accepta. & sic huiusmodi virtus est ei præter essentiam suam. vnde & similitudines materialium rerū si ponantur eius effectus, erunt præter essentiam ipsius Angeli. Et sic patet quocumque modo ponatur, quod Angelus non cognoscit res materiales per essentiam suā, sed per earum formas apud se existentes.

**AD PRIMUM** ergo dicendum, quod exemplar proprii accipiat importat causalitatem respectu exemplariorū, quia exemplar est, ad cuius imitationem fit aliud. vnde & Dionysius ibidem sententiā Clemētis improbatur volens exemplaria rerum dici rationes in Deo existentes. Si tñ exemplar large dicatur omne illud quod aliquo modo ab alio representatur, sic etiam Angelorum essentie, possunt dici exemplaria materialium rerū. Sed sicut essentia diuina est proprium exemplar vniuersi cuiusque rei per rationē idealem eius, quā apud se habet, ita & essentia Angeli est propria similitudo rei materialis secundū formam quam habet apud se, quamuis ista forma non sit idem quod essentia: sicut erat idea in Deo.

**AD SECUNDUM** dicendum, quod essentia diuina est infinita vnde nō determinatur ad aliquod genus, sed colligit in se perfectiones omnium generū vt dicit Dionysius. cap. de Diuinis nominibus, & Philosophus, & Com. eius in 5. Metaph. & ita potest esse per seipsam propria rerum omnium similitudo, & sic per ipsam possunt omnia perfecte cognosci. essentia autem Angeli est determinata ad aliquod genus. vnde non habet in se vnde sit similitudo materialium omnium, nisi ei aliud superaddatur, quo res in propria natura cognoscatur.

**AD TERTIUM** dicendum, quod intellectu agente nō cognoscunt oīa quasi similitudine sufficiente ad cognoscendum oīa, eo quod non est actus oīum formarū intelligibilium, in quantum est hæc vel illa

forma, sed in quantum solum sunt intelligibilia: sed per intellectū agentem dicuntur cognosci oīa, sicut per principium cognitionis actuum.

**AD QUARTUM** dicendum, quod Angelus cognoscit res non per species particulares neque vniuersales eo modo quo formæ vniuersales sunt, quæ a sensibus abstrahuntur: sed eo modo quo sunt vniuersalia & particulariū similitudines, vt infra melius apparebit.

**AD QUINTUM** dicendum, quod lux corporalis si seipsam cognosceret, non propter hoc oēs colores determinate cognosceret, sed cognosceret eos solum in quantum sunt visibiles, alias etiam oculus videndo lucem, omnes colores videt, quod est manifeste falsum.

**AD SEXTUM** dicendum, quod intellectus Angelus, quantum ad hoc est medius inter intellectū diuinū & humanū, quod res alias cognoscit per formam essentia superadditas, in quo deficit ab intellectu diuino, se autem cognoscit per essentiam, in quo excedit intellectum humanum.

**AD SEPTIMUM** dicendum, quod auctoritas Dionysii non est intelligenda quod ita virtus & natura Angeli sit medium quo angelus alia cognoscit, sed quia modus cognitionis angelicæ sequitur proprietatem naturæ, & virtutis ipsius, non autem proprietatem naturæ rerum cognitarum, quod patet ex hoc, quia immaterialiter cognoscit materialia, & sensibilia sine sensu.

**AD OCTAVUM** dicendum, quod speculum materiale si seipsam cognosceret, nullo modo essentiam suā cognoscendo cognosceret res alias, nisi quatenus cognosceret formas res illarū in ipso, nec differret vtrum formæ illæ essent acceptæ a rebus vel naturaliter inditæ.

**AD NONUM** dicendum, quod potentia cognitiua Angeli ordinatur ad nobiliorē actum eo quod potentia naturalis rei materialis, vnde quantum ad rebus admittit, indiget, nihilominus perfectior, & dignior remanet.

**AD X.** Dicendum, quod cognoscens non habet ad cognoscibile sicut comburens ad combustibile, quorum vnum est agens, & alterum patiens: sed cognoscens, & cognoscibile se habent, vt vnum principium cognitionis, in quantum est cognoscibile, & cognoscens se fit aliquo modo cognoscit, vt ex prædictis patet, & ideo ratio non sequitur.

**ARTICVLVS IX.**  
*Utrum forma, per quas angeli cognoscunt res materiales sunt innate, vel a rebus acceptæ.*

**N**ono quaeritur, vtrum forma, per quas angeli cognoscunt res materiales, sint innate, vel a rebus acceptæ. Et vtrum quod nō sunt innate. In hoc enim differt scientia speculatiua a practica, quod practica est ad res, speculatiua a rebus, sed angeli non habent de rebus materialibus scientiam practica, cum non sint earum factores, vt Damascenus dicit, sed speculatiua tantum. ergo scientia eorum est a rebus accepta, & non per species innatas.

**¶ 1.** Præter. Ephes. 3. dicit. Vt innotescat principationibus, & vnde accipit Hieron. quod angeli in vltima incarnationis didicerunt ab Apollolis. sed scientia, quæ per species innatas nō est ab aliis acceptata. ergo nō est per species innatas acquirere se habent ad præscientia, & futura: scientia autem angelorum non se habet æqualiter ad veraque, cū scientia præsentia, ignorent autem futura. ergo angelorum scientia non est per species innatas.

xi. meta. in princ.

In propo. 12. tom. 3. inter opera Arist.

Loco citato in arg.

¶ 6. multum a principio. & Philosoph. in 5. metaph. com. m. 21.

¶ 4. Præt. Angeli rerum cognitionem distinctam habent: sed cognitio distincta de reb. haberi non potest, nisi per hoc, quod est distinctio principii, cum sit idem principium essendi, & cognoscendi principium autem distinctio rerum materialium sunt formæ quæ sunt in eis. ergo oportet, quod scientia angelorum de rebus naturalibus sit per formas a rebus acceptas.

¶ 5. Præt. Ea, quæ sunt innata, vel naturaliter in sunt, semper eodem modo se habent: sed scientia angelorum non semper eodem modo se habet, quia nunc quædam sciunt, quæ prius nescierunt: unde secundum Diony. à scientia aliqui eorum purgantur. ergo scientia eorum non est per formas innatas.

¶ 6. Præt. Formæ, quæ sunt in angelis, sunt vniuersales: sed vniuersale nihil est aut posterius, ut dicitur in 1. de ani. ergo formæ illæ, vel nihil sunt, vel sunt rebus posteriores velut a rebus acceptæ.

¶ 7. Præt. Nihil cognoscitur nisi secundum quod est in cognoscente. si ergo angelus cognoscit res materiales, oportet quod ipsæ res materiales in intellectu fiant per formas ab eis in intellectu angelis impressas.

¶ 8. Præt. Lumen intelligibile in angelis est efficacius quàm anima humana: sed per lumen intellectus agentis in nobis abstrahuntur species à phantasmata. ergo & multo magis intellectus angeli potest formas alias a rebus sensibilibus abstrahere.

¶ 9. Præt. Quod potest virtus inferior, potest & superior: sed anima nostra, quæ est angelis inferior, potest seipsam conformare rebus. formando in se aliquas formas quæ neque ei innatæ sunt, neque a rebus acceptæ, sicut in imagine format phantasmata in motu aut rei quem nunquam vidit. ergo fortius angelus potest ad præsentiam rerum seipsam rebus conformare, & hoc modo res cognoscere, & sic non oportet quod per species innatas res materiales cognoscatur, sed per eas quæ sunt in rebus.

In contrariam est, quod dicit Diony. 8. cap. de Diu. nom. quod angeli non colligunt cognitionem ex sensibilibus, vel sensibus, aut ex rebus divisibilibus. ergo non cognoscunt per formas a rebus acceptas.

¶ 12. Præt. Angeli magis excedunt corpora omnia, quam corpora superiora excedant inferiora: sed corpora superiora propter sui nobilitatem non recipiunt aliquam impressionem a corporibus inferioribus. ergo multo minus intellectus angelici aliquas formas a corporalibus rebus accipiunt, quibus intelligunt.

RESPON. Dicendum, quod supposito quod angeli non cognoscant res materiales per suam essentiam, sed per aliquas formas, de formis illis est triplex opinio. Quidam enim dicunt, quod formæ illæ per quas angeli cognoscunt, sunt a rebus materialibus acceptæ. Sed hoc esse non potest. Intellectus enim, qui recipit formas aliquas a rebus, dupliciter se habet ad res, ut agens. scilicet & ut patiens, largo modo actione, & passione acceptis formæ enim, quæ sunt in rebus materialibus, aut in sensibus, vel in phantasmata, cum non sint omnino a materia deputata, non sunt intelligibiles actu, sed in potentia tantum, & ideo requirunt quod per actionem intellectus efficiatur actu intelligibiles, & hæc est necessitas ponendi in intellectu agentem in nobis formis aut intelligibilibus factis, non dum per eas res intelligemus, nisi formæ illæ intellectui vniuerentur, ut sic intelligens, & intellectum sint vniuersales, & ita oportet quod intellectus formas huiusmodi recipiat, & sic a rebus, quodammodo

patitur, prout, somne recipere, pati quoddam est. Si autem forma comparatur ad materiam, ut actus ad potentiam, ita agens ad patiens, cum vniuersaliter agat in quantum actu, patitur vero in quantum est potentia. Et quia actus proprius propria potentia respicit, ideo, & proprio agenti refert determinatum patiens & e converso, sicut se habet de forma, & de materia. unde oportet quod agens, & patiens sint vniuersales generis, cum potentia, & actus vniuersaliter; genus entis diuidant non naturaliter patitur a dulci nisi per accedens, sed a nigro tantum. Res autem materiales, & intelligibiles sunt omnino diuersorum generum. Ea enim, quæ non concitant in materia, non concitant in genere, ut patet per Philo. in 5. Metaph. & in 10. unde non potest esse quod res materiales immediate patitur ab intellectu, aut agant in ipsum. Et ideo in nobis prouidit naturæ conditor sensitiuas potentias, in quibus formæ sunt medio modo inter modum intelligibile, & modum materiale. Conueniunt siquidem cum formis intelligibilibus, in quantum sunt formæ sine materia, cum materialibus, vero formis, in quantum non dum sunt a conditionibus materiæ deputata. Et ideo potest esse actio, & passio suo modo inter res materiales, & potentias sensitiuas, & similiter inter has & inter intellectum. unde si angeli intellectus a rebus materialibus formas aliquas acciperet, oportet res habere angelum potentias sensitiuas, & ita habere corpus naturaliter sibi vniuersale. unde eiusdem sententia esse videtur angelos esse animalia, ut quidam Platonici posuerunt, & eos a rebus materialibus formas accipere quod auctoritati sanctorum, & rectæ rationi repugnat. Et ideo alii dicunt, quod angelus non accipit formas, quibus cognoscatur accipiendo, neque tam intelligit per formas innatas, sed quod in potentia eius est conformare essentiam suam cuiuslibet rei apud eius presentiam. Et ex tali conformitate dicitur sequi rei cognitionem. Sed hoc iterum nihil esse videtur. Non enim potest aliquid alteri conformari nisi in quod forma eius apud ipsum sit: nec potest dici, quod ipsa essentia angeli eo faciente fiat forma rei materialis, quia essentia eius est semper vniuersalis rationis. unde oportet, quod illa forma, quæ se rei conformat, sit addita essentia, & quod fuerit primo potentia in ipso angelo. Non enim conformaret se, nisi prius conformabilis esset. Nihil autem reducitur de potentia in actu, nisi per id quod est actu. unde oportet apud angelum præexistere aliquas formas, in quas esset potens se reducere de potentia conformabilitatis in actu conformationis: sicut videmus, quod imaginatio nostra format non nisi species, ut montes aurei, & specieb. quas apud se prius habebat. immo, & aurum, & similiter intellectus ex formis generis, & differentia format definitionem speciei. unde oportet redire in hoc, quod aliqua forma præexistat in angelo, & has oportet esse, vel acceptas a rebus, vel innatas. Et ideo dicendum videtur, secundum quod tertia opinio dicit, quæ ceterior est, & verior, quod angeli res materiales per formas innatas cognoscunt. Sicut enim ex rationibus æternis in mente diuina existentibus procedunt formæ materiales ad rerum substantiam, ita procedunt à Deo formæ rerum omnium in mentes angelicas ad rerum cognitionem, ut sic intellectus angeli nostrum intellectum excedat, sicut res formata excedit materiam informem. unde intellectus nostrus comparatur tabulæ, in qua nihil est scriptum. Intellectus autem angeli tabulæ depictæ vel speculo, in quo rerum rationes resplendent.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod differentia

Ca. 7. col. 1. hier. 2. me. 2. dicitur.

Ca. 1. 10. 3.

Ca. 7. de. 1. no. 2. 2. 3. po. 11. me.

Ca. 12. & 11. 9. co. 10. 3.

tia illa speculatiua & practica scientia non est per se, sed per accidens, in quantum scilicet sunt humana. homo enim de rebus quas ipse non facit, non habet cognitionem, nisi per formas a rebus acceptas, secus autem est de angelo, qui habet a sui creatione formas rerum sibi inditas.

AD SECVNDVM dicendum, quod mysterium incarnationis, primo est scitum ab angelis quam ab hominibus, unde & homines de ipso per angelos sunt edocti, ut dicit Dion. c. 4. celestis Hierar. Ipsi enim incarnationis mysterium mundo absconditum a sæculis cognouerunt, & per angelorum ecclesiam, quæ est in celestibus, principibus, & potestatibus, huius mundi prædictum mysterium innouit, ut exponit Aug. s. super Gen. ad literam. Et quod ibi dicitur de ecclesia, referendum est ad ecclesiam angelorum, ut Aug. exponit s. super Gen. ad literam, quamuis Hieron. contrarium dicere videatur. Sed tamen verba eius non sunt hoc modo intelligenda quod angeli ab hominibus scientiam acquirant, sed quia Apostolis prædicantibus res iam completas quæ fuerant prius per prophetas prædicatæ angeli plenius cognouerunt, sicut plenius sciunt præsentia quam futura, ut infra patebit.

AD TERTIVM dicendum, quod angeli quamuis futura non cognoscant aliqua, quæ tamen dum sunt præsentia, sciunt, non tam sequitur ex hoc quod species aliquas a rebus accipiant, per quas cognoscunt: cum enim cognitio fiat per assimilationem cognoscantis ad cognitum, hoc modo contingit nouam cognitionem de aliquo accipere, quomodo contingit de nouo aliquid alicui assimilari: quod quidem contingit dupliciter. Vno modo per motum suum. Alio modo per motum alterius ad formam, quam ipse iam habet. Et similiter, aliquis incipit de nouo aliquid cognoscere. Vno modo ex hoc quod cognoscens de nouo accipit formam cognitum, sicut in nobis accidit. Alio modo per hoc, quod cognitum de nouo peruenit ad formam quæ est in cognoscente. Et hoc modo angeli de nouo cognoscunt præsentia que prius fuerunt futura, ut puta si aliquid nõdum erat homo, ei nõ assimilatur intellectus angelicus per formam hominis quæ habet apud se: sed cum hoc incipit esse homo secundum eandem formam incipit intellectus angelicus sibi assimilari sine aliqua mutatione facta circa ipsum.

AD QVARTVM dicendum, quod sicut in intellectu nõ est ipsa forma qua res existit, sed similitudo eius, ita distincta cognitio aliquarum rerum nõ requirit ut apud cognoscentem sint ipsa distinctionis principia, sed sufficit quod apud ipsum sint eorum similitudines, nec differt vnde cum ille similitudines accipiatur quantum ad cognitionem distinctam.

AD QVINTVM dicendum, quod intellectus angeli sine hoc quod acquirat nouas formas intelligibiles, potest aliquid de nouo intelligere dupliciter. Vno modo per hoc quod aliquid de nouo assimilatur illis formis, ut iam dictum est. Alio modo per hoc, quod intellectus confortatur aliquo fortiori lumine, ad plures cognitiones ex eisdem formis eliciendas, sicut ex eisdem formis in phantasia existentibus superueniente lumine prophetiæ aliqua cognitio accipitur, quæ accipi non poterat per lumen naturale intellectus agentis.

AD SEXTVM dicendum, quod verbum Philosophi est intelligendum de vniuersali, secundum quod est in comprehensione nostra, qua comprehendimus res naturales: hoc enim est a rebus naturalibus acceptum. Sed vniuersale etiam in nostra com-

prehensione existens respectu artificialium nõ est posterius, sed prius, quia per formas artis vniuersales apud nos existentes artificiatæ producuntur, & similiter per rationes æternas Deus producit res naturas a quibus effluit forma in intellectu angelico: unde non sequitur quod forme intellectus angelici sint posteriores rebus: sed quod sint posteriores rationibus æternis.

AD SEPTIMVM dicendum, quod cognitum est in cognoscete similiter: siue cognitum forma in cognoscente existens sit a cognito accepta, siue non, & ideo ratio non est ad propositum.

AD OCTAVVM dicendum, quod non est proportio inter lumen intellectus angelici, & res sensibiles, ut per lumen prædictum efficiantur actus intelligibiles, ut ex prædictis patet, & ideo ratio nõ sequitur.

AD NONVM dicendum, quod anima nõ formatur nisi aliqua forma nisi aliquibus formis simpliciter in ipsa: & nõ ut ex dictis patet, non cogit ratio.

ARTICVLVS X.

Vtrum angeli superiores habeant cognitionem per formas magis vniuersales quam inferiores.

DECIMO queritur, vtrum angeli superiores habeant cognitionem per formas magis vniuersales quam inferiores. Et videtur quod nõ habent, periorum enim angelorum cognitio perfectior est, quam inferiorum: sed quod cognoscunt in vniuersali, imperfectius cognoscitur, quam quod in particulari. ergo superiores angeli nõ cognoscunt per formas magis vniuersales.

¶ 2 Præ. Si cognitio superiorum est vniuersalis, quam inferiorum: aut hoc est quantum ad operationem, aut quantum ad cognitionem in se. quantum ad operationem, quia nõ sunt operatores rerum, ut Damasc. dicit: nec quantum ad cognitionem, quia omnes cognoscunt res naturales sensibiles superiores quam inferiores. ergo superiores angelorum cognitio non est magis vniuersalis.

¶ 3 Præ. Si omnia que cognoscunt in se, angeli, etiam superiores cognoscunt, & tamen formas magis vniuersales, oportet, quod forma que est in intellectu superioris, ad plura se extendat: sed idem non potest esse propria ratio plurium. ergo angeli superiores non cognoscunt res in propria natura, & sic imperfectius cognoscunt quam inferiores, quod est absurdum.

¶ 4 Præ. Cognitio angelorum est in virtute, & naturam cognoscens, ut dicit Dion. 7. c. de Diuinis nomi. sed natura superioris angeli est magis actiua, quam natura inferioris. ergo & similiter cognitio: sed cognitio vniuersalis est in potentia, cognitio vero in particulari est actus. ergo superiores angeli cognoscunt res per formas minus vniuersales.

IN CONTRARIVM, est quod dicit Dion. 12. c. Celestis Hierar. vbi dicit, quod superiores angeli, ut Cherubin, habent scientiam altiore, & vniuersaliorem: inferiores autem angeli habent partialem, & subiectam scientiam.

¶ 2 Præ. In lib. de Causis dicitur, quod intelligentie superiores continent formas magis vniuersales.

¶ 3 Præ. Superiores angeli sunt simpliciores, quam inferiores. ergo & formæ in eis sunt simpliciores, ergo & magis vniuersales, quia quod est vniuersalius, est simplicius.

RESPON. Dicendum, quod potentia quæ ad multa se habet, determinat ad vnum per actum. unde forma, & actus inuenit esse principium vniuersis: sed potentia inuenit esse principium multiplicationis, & diuinitatis. Et quæ efficacia rei in operando est ex hoc, quod

A medio illius.

Ca. 19. to. 3.

Ibidem loco citato in argum.

ar. 72. huius quest.

In corp. ar.

est in actu, inde est, quod omnis virtus, quanto est magis unita, tanto est efficacior ad operandum. Et ideo quanto aliqua virtus est altior, tanto inuenitur ex paucioribus operari, quæ tamen ad plura se extendunt. Et hoc videmus communiter in operationibus & cognitionibus virtutibus. Ars enim architectonica, utpote ædificialis, per unam formam artis dirigitur in omnibus, quæ ad artem suam spectant, in quibus tamen inferiores artifices, utpote cementarii & cæsores lignorum, & alii huiusmodi per diversa artificia diriguntur. Similiter etiam in cognitionibus aliquis qui est cleuarius intellectus, ex paucis principijs penes se reterentis habet in prout procedere ad varias conclusiones, ad quas peruenire non possunt, qui sunt hebetioris ingenij, nisi per varias inductiones & per principia particulariter coaptata conclusionibus. unde cum in Deo sit ipse diuina virtus & puritas actus, ipse per unam, quod est essentia sua omnia operatur, & omnia cognoscit efficacissime. Ab ipsa autem est unum rationes rerum intelligibilium in angelis, ut ex dictis patet, non quidem ad eas ipsas res, sed ad cognoscendum, unde quanto in angelo fuerit plus de actu, & minus de potentia, tanto emanatio huiusmodi rationum minus in ipso multiplicatur, & virtus eius cognitua erit efficacior, & secundum hoc superiores angeli cognoscunt res per formas magis uniuersales, quam inferiores.

Ad primum ergo dicendum, quod cognoscere aliquid in uniuersali, potest intelligi dupliciter. Vno modo ut referatur ad cognitionem ex parte cogniti, & sic cognoscere aliquid in uniuersali est cognoscere naturam uniuersalem cogniti, & sic propositio ueritatem habet, quia quando cognoscitur de aliquo natura uniuersalis tantum, imperfectius cognoscitur, quam si cognoscatur cum hoc proprio plus. Alio modo ut referatur ad cognitionem ex parte eius quod cognoscitur, & sic cognoscere aliquid in uniuersali, id est per medium uniuersale, est perfectius, dummodo cognitio uel ad propria reducatur.

Ad id dicendum, quod dicuntur esse forma magis uniuersales quantum ad cognitionem, non quia plurimum rerum cognitionem cauent, sed quia per pauciores formas ad eadem cognoscenda superior intellectus peruenit, & etiam ad perfectius cognoscendum, utpote si superior angelus per unam formam animalis ipsæ animalium cognoscatur, inferior autem non nisi per multas species, & per hoc superior angelus plures rationes intelligibiles ex eis debet cognoscere.

Ad tertium dicendum, quod id quod unum est, non potest esse propria ratio plurium si sit eis adæquatum, sed si sit superexcedens, potest esse propria ratio plurium, quia continet in se uniformiter propria uniuersali, quæ in eis diuisim inuenitur. Et hoc modo essentia animalis est propria ratio rerum omnium, quia in ipsa uniformiter præexistit, quicquid diuisim in omnibus creaturis inuenitur, ut Dion. dicit. Et similiter est forma intellectus angelici, si sit ratio propria plurium, si diuersas eius habitudines ad diuersas res ex quibus habitudines. cõsurgit pluralitas idearum, sed forma intellectus nri accipiunt ex rebus, ubi non sunt superexcedentes res, sed quali ad æquæ quæ ad representationem, licet sint excedentes quantum ad modum essendi, in quantum habent immateriale esse. unum forma intellectus nri non potest esse ratio propria plurium.

Ad quartum dicendum, sicut ad primum.

ARTICVLVS XI.  
Vtrum angelus cognoscat singularia.

Vndecimo quaeritur, utrum angelus cognoscat singularia. Et ut quod non, quia, ut dicit Boetius uniuersale est dum intelligitur, singulare dum sentitur. sed angelus non sentit, ergo non cognoscat singularia. Sed dicendum quod auctoritas intelligitur de intellectu nro, non autem de angelo. Sed contra, Intellectui nostro conuenit non intelligere materialia uel singularia ratione suæ immaterialitatis. unde cognitua potentia materiales in nobis existentes singularia cognoscunt, ut sentius & imaginatio sed intellectus angeli est immaterialior, quam humanus, ergo non cognoscat singularia.

¶ 2 Sed contra, Intellectui nostro conuenit non intelligere materialia uel singularia ratione suæ immaterialitatis. unde cognitua potentia materiales in nobis existentes singularia cognoscunt, ut sentius & imaginatio sed intellectus angeli est immaterialior, quam humanus, ergo non cognoscat singularia. ¶ 3 Præ. Ois cognitio est per assimilationem cognoscentis ad cognitum, sed intellectus angeli non potest assimilari singulari in quantum est singulare: quia singulare est singulare per materiam, intellectus autem angeli est omnino separatus a materia, ergo intellectus angeli non cognoscat singularia in sui singularitate. ¶ 4 Præ. Idem est principium essendi, & cognoscendi secundum Philosophum, sed forma indiuiduata est principium essendi singulari, ergo ipsa est principium cognoscendi singulare: sed intellectus angelicus accipit sine materia & conditionibus materiarum ex quibus formæ indiuiduantur, ergo accipit uniuersale tantum, & non singulare.

¶ 5 Præ. Omne quod est in altero, est in eo per modum recipientis: sed intellectus angeli est simplex & immaterialis, ergo similitudines particularium in eius intellectu existentes sunt in eo immaterialiter & simpliciter, & sic uniuersaliter, & ita per eas singularia non cognoscat.

¶ 6 Præ. Diuersa in quantum diuersa, non per idem medium cognoscuntur proprie, sed per aliud & aliud, quia aliorum cognitio per medium commune est eorum in quantum sunt unum, sed quilibet forma a materia abstracta, est cõis multis particularibus, ergo non potest esse quod per eam diuersa particularia in propria natura proprie cognoscantur: sed in intellectu angeli non est aliqua forma nisi immaterialis, ergo nullo modo potest cognoscere singularia.

¶ 7 Præ. Uniuersale contra singulare diuiditur, per hoc quod uniuersale est in intellectu, singulare extra intellectum, sed uniuersale nunquam est extra intellectum, ergo nec singulare unquam est in intellectu, & sic non potest per intellectum cognosci.

¶ 8 Præ. Nulla potentia extenditur ultra suum obiectum, sed quidditas depurata a materia est obiectum intellectus, ut dicitur in 3. de anima, ergo cum essentia singularis sit concreta cum materia sensibili, non potest per intellectum cognosci.

¶ 9 Præ. Quod per certitudinem cognoscitur, non potest aliter se habere, quia intellectus ratio est similiter presentium, & absentium; de his autem quæ presentia aliter se habent non est certitudo, cum fiat absentia, ut dicitur in 7. Metaph. sed singularia possunt habere se aliter, cum sint motui & uariationi subiecta, ergo non possunt per intellectum cognosci, & sic idem quod prius.

¶ 10 Præ. Forma intellectus est simplicior intellectu, sicut perfectio perfectibili, sed intellectus angelicus est immaterialis, ergo & formæ ipsius sunt immateriales: sed formæ non sunt indiuiduæ nisi sint materiales, ergo formæ illæ sunt uniuersales, & ita non sunt principium cognoscendi particulare.

¶ 11 Præ. Mensura quæ est principium cognoscendi mensuratum, debet esse homogenea mensurato, ut dicitur in 10. Metaph. ergo & species quæ est principium

ip. q. 57. ar. 2.  
Super prologum philosophie in pre-dicabilia non procul a fine habetur tractatus hic in fine libri. i. philosophie.

habetur in 10. Metaph. c. 10.

62. 6. 10. 2.

6. 5. 10. 9.

10. 10. 10. 10.



Cap. 1. 10. 4.

pium cognoscendi debet esse homogenea rei, q̄ per ipsā cognoscit: sed forma intellectus angelici nō est homogenea singulari, cū sit imaterialis. ergo per eā non pōt angelus singularia cognoscere.

Cap. 13. 14. & 15. 10. 4.

¶ 12 Præt. potestas gloriæ excedit potestatem naturæ, ergo cognitio intellectus humani glorificati excedit cognitionem angeli naturalem; sed intellectus hominis glorificati nō cognoscit singularia quæ hic sunt: quia ut dicit Aug. in li. de Cura pro mortuis agenda, nesciunt mortui etiam sancti, qd agant etiam eorum filij, ergo nec angeli singularia cognoscere possunt cognitione naturali.

Li. 8. de Tri. c. 4. & li. 10. in pri. 10. 3.

¶ 13 Præt. Si angelus singularia cognoscit, aut hoc est per species singulares, aut per uniuersales: sed non per singulares, quia oportet quod tota apud ipsum sunt in potentia infinita, quod præcipue apparet si ponatur quod mundus in posterum nō deficiat ab hoc statu, q̄ cognoscat Deo esse possibile, & sic essent infinitæ formæ in intellectu angeli, quod est impossibile, nec per uniuersales, quia sic non haberet distinctam cognitionem de singularibus, & hoc esset cognoscere singularia imperfecte, quod nō est angelis attribuendum, ergo nullo modo angeli singularia cognoscunt.

Li. 1. Posteriori c. 1. & 3. 10. mo 3.

SED CONTRA, Nullus custodit illud, quod ignorat: sed angeli custodiunt singulares hoīes, ut patet in Plal. 90. Angelis suis mandauit, & c. ergo ipsi cognoscunt singularia.

Prof. 4. a med. illius.

¶ 2 Præt. Amor non est nisi cogniti, ut patet per Aug. in li. de Trin. sed angeli cum habeant charitatem, amant singulares homines, etiam quantum ad sensibilia corpora, quæ sunt ex charitate diligēda, ergo & eos cognoscunt.

Com. 10. c. 1.

¶ 3 Præt. Philosophus dicit in lib. Posteriorum, q̄ sciens uniuersale scit particulare, sed non conuertitur: sed angeli cognoscūt rerum uniuersales causas, ergo & singularia cognoscunt.

Cap. 8. 10. 3.

¶ 4 Præt. Quicquid potest uirtus inferior, potest superior, ut Boetius dicit in lib. de Consol. sed sensitiua & imaginatiua hominis singularia cognoscit, ergo multo fortius intellectiua ipsius angeli.

9. Met. ca. 6.

RESPON. Dicendum, q̄ quidam circa hoc errauerunt dicentes, angelos singularia non cognoscere. Sed hæc positio & a fide est aliena, quia reuoluet ministeria angelorū circa hoīes, & est rectæ rōni repugnat: quia si angeli ignorāt ea, quæ nos cognoscimus, ad minus quātum ad hoc imperfectior est eorum cognitio, sicut & Phil. dicit in i. de Aīa, quod accideret Deum insipientissimum esse si discordiam nesciret, quam alij sciunt. Vñ hoc errore excluso, quatuor modi inueniuntur assignati a diuersis, qb. angeli singularia cognoscūt. Quidā. n. dñt qd singularia cognoscūt, singulariū spēs ab eis abstrahendo, sicut & nos per sensus ea cognoscimus; sed ista positio est oīno irrōnabilis. primo, quia angeli nō habēt cognitionē a reb. acceptam, ut patet p. Dion. & Aug. in 2. super Gen. ad literam, & ex his, q̄ supra dicta sunt. Secūdo, q̄ dato, quod a reb. acciperent, formæ tñ receptæ in intellectu angelico essent per modum intellectus recipiētis, & sic eadē difficultas remaneret qualiter p. eas possēt singularia cognosci, q̄ ex materia indiuiduantur. Alius modus est, quē Auic. ponit in sua Metap. dicēs, quod Deus & angeli singularia cognoscūt uniuersaliter, & non singulariter, ut intelligat aliquid singulariter cognosci quando cognoscit prout est hic, & nunc secundum oēs condiciones indiuiduantes, uniuersaliter, uero quando cognoscitur

secundum principia & causas uniuersales, sicut singulariter cognoscit aliquis hanc ecclypiam cum eam sensu percipit, uniuersaliter uero, cum eam motibus celestibus eam prænuuntiat. Et sic ab angelis singularia cognoscuntur uniuersaliter, in quantum cognitis causis omnibus uniuersalibus, nihil remanet ignoratum in singularibus effectibus. Sed hinc dicitur cognitionis non uidetur sufficere, potius enim angelos singularia cognoscere etiam locum duntaxat quæ ad eorum singularitatem pertinent, sicut quod cognoscunt singulares hominum effectus, & huiusmodi quæ spectant ad officium custodiae. Vnde tertius modus assignatur a quibusdam, qui dicunt quod angeli habent penes se formas uniuersales totius ordinis uniuersæ a creatione creaturas, quas applicat ad hoc uel ad illud singularia re, & sic ex formis uniuersalibus singularia cognoscunt. sed hic modus etiam non uidetur contenti, quia non potest aliquid ad alterum applicari, nisi illud alterum sit aliquo modo præcognitum: sicut nos uniuersalem cognitionem singularium applicamus, quæ in cognitione nostra sensitiua existunt. In angelis autem non est alia cognitio quam intellectiua, in qua singularium cognitio existat, ut sic uniuersales formæ intellectus eorum possint singularibus applicari, unde patet, quod applicatio uniuersalis ad particulare præcognitiua cognitionem intellectualem singularium in angelis, & non est causa ipsius. Et ideo quarto modo ferendum alios dñs, quod formæ, quæ sunt in intellectu angeli, sunt efficaces ad cauendum cognitionem, nō solum uniuersalium; sed etiam particularium, nulla applicatione præsupposita: quoniam non fit ita de formis nostri intellectus quæ se habent ad res dupliciter, uno modo ut causæ rerum, ut forme prædicte intellectus: alio modo sicut causa, & uoluntate, sicut formæ intellectus speculatiui, quibus quantum ad speculandum per formas autem prædicte intellectus, artifex non operatur nisi formam. Vnde forma illa est similitudo solius formæ. Et quia omnia inquantum huiusmodi, uniuersalis est, ita per formam artis non habet cognitionem artificis deificiati, nisi uniuersalem: sed cognitionem illam in singulari acquirit per sensum, sicut, & quilibet alius. Si autem per formas artis faceret materiam, & formam, tunc forma illa exemplar esset forme & materiæ, & sic per illam formam cognoscere res artificiatas nō solum in uniuersali: sed etiam in singulari, quia principium singularitatis est materia. Formæ autem, quæ sunt in intellectu speculatiuo, sunt in nobis quodammodo ex actione ipsorum rerum: oīs autem actio est a forma, & id quantum est ex uirtute agentis, non fit aliqua forma a re in nobis, nisi quæ sit similitudo forme, sed per se dēs cōtingit, ut sit similitudo et materialis duntaxat, in quantum recipit in organo materialis: quæ materiam ter recipit, & sic retinet alij condiciones materiam. Ex quo cōtingit, q̄ sēsus & imaginatio singularia cognoscūt: sed quæ intellectus oīno immaterialis recipit, id formæ, q̄ sūt in intellectu speculatiuo, sunt similitudines rerum sicut formam tñ. Rōne uero duntaxat in Deo existētes, sūt effectiua rerū nō solum ad formam, sed etiam ad materiam, & id similitudines sunt rerū q̄ tñ ad utrumque. Et per hoc cognoscuntur a Deo, nō solum in uniuersali natura, ex parte formæ: sed et in sua singularitate ex parte materiam: sicut autem ab intellectu diuino effluunt res naturales, ita etiam formæ, & materiæ ad eis edū ex utroq̄, ita etiam formæ intellectus angelici ad cognoscendū utrumque.

Et ideo per formas innatas cognoscunt res in sua singularitate & vniuersalitate, inquam sunt similes formis factis, sicut in mente diuina existibus: quamuis ipsa non sint rerum factiua.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod uerbum Boetii intelligitur de intellectu nro, qui accipit formas ex reb. non autem de intellectu angelico, qui accipit formas immediate a Deo, & hoc ratione iam dicta.

Ad II. dicendum, quod quia in intellectu angeli forma immaterialius recipiuntur, quam in intellectu nostro, iam sunt efficaciores, & sic se extendunt ad representandum rem non solum quantum ad principia formalia, sed etiam secundum materialia.

Ad III. dicendum, quod inter cognoscens, & cognitum non exigitur similitudo, quae est secundum conuenientiam in natura: sed secundum representationem tantum. Constat enim quod forma lapidis in anima est longe alterius naturae quam forma lapidis in materia, sed inquam representat eam, sic est principium ducens in cognitionem eius, unde quamuis forma quae sunt in intellectu angeli, sunt immateriales secundum naturam sui, nihil tamen prohibet quin per eas assimilietur reb. non solum secundum formam, sed etiam secundum materiam.

Ad IIII. dicendum, quod non oportet formam, quae est principium essendi rem, esse principium cognoscendi rem per essentiam suam, sed solum secundum suam similitudinem. Forma enim quae lapis est, non est in anima, sed similitudo eius. ubi non oportet quod forma intellectus angelici, quae singulare cognoscit, sit in diuina: sed solum quod sit forma in diuina similitudo.

Ad V. Dicendum, quod forma in intellectu angelico sunt immaterialiter, & tamen sunt similitudines rerum materialium, sicut & ideo in Deo existentes quae sunt multo immaterialiores, & sic per eas possunt cognosci singularia.

Ad VI. Dicendum, quod una spes potest esse propria ratione diuersorum in quantum est superexcedens, ut ex dictis supra patet, per unum autem medium adaequatum non possunt diuersa distinde cognosci.

Ad VII. Dicendum, quod quamuis vniuersale habeat esse in intellectu: tamen esse in intellectu est in plusquam inuersale, & ideo in processu est fallacia consequentis.

Ad VIII. Dicendum, quod illam speciem a materia depurata, in intellectu angeli penes se habet, intelligit etiam materiales conditiones rei, ut ex dictis patet.

Ad IX. Dicendum, quod intellectus angeli per speciem, quam apud se habet, cognoscit singulare non solum in sua substantia: sed etiam secundum sua accidentia eius. Et ideo cognoscit cuiusque accidenti singulare uariatum subit, & sic uariatio singularis certitudine cognitionis angelicae non tollit.

Ad X. Dicendum, sicut ad praedicta.

Ad XI. Dicendum, quod mensura in quantum est principium cognoscendi mensuratum, est unius generis cum mensurato, & non simpliciter: sicut patet quod una est mensura panni, & non conuenit cum eo nisi in quantitate, sic enim est mensuracius. Sic etiam forma intellectus angelici non oportet, quod conueniat cum singulari extra animam existente secundum modum essendi, cum singulare sit materiale, & forma praedicta sit immaterialis.

Ad XII. Dicendum, quod sancti qui sunt in gloria, cognoscunt in uerbo ea quae hic aguntur, ut manifeste Greg. dicit in Moralib. uerbu autem a uerbo intelligendum est quantum ad naturalem cognitionem. nec est simile de angelo & anima: quia angelus naturaliter habet formas a creatione sibi inditas, quibus singularia cognoscit.

Ad XIII. Dicendum, quod forma intellectus angelici, neque sunt singulares, sicut forma imaginationis uel sensus, cum sint penitus in materiales, neque sunt hoc modo vniuersales: sicut forma intellectus nostri, quibus non nisi natura vniuersalis repraesentatur: sed in se immateriales existentes expriment & demonstrant uniuersalem naturam, & particulares conditiones.

ARTICVLVS XII.

Utrum angeli cognoscant futura.

DE DECIMO queritur, utrum angeli cognoscant futura. Et ut quod sic. Angeli enim cognoscunt res per formas innatas, sed forma illae aequaliter se habent ad praesentia & futura. ergo cum angeli per praesentia cognoscant, similiter & futura.

¶ 2 Praet. Boetius in 5. de Consola. hanc causam assignat, quare Deus futura contingentia infallibiliter praescire potest, quia eius uisio est tota simul, cum aeternitate mensuretur: sed uisio beata est tota simul, cum aeternitate participata mensuretur. ergo angeli beati futura contingentia cognoscunt.

¶ 3 Praet. Greg. 4. Dialo. dicit, quod anima cum recedit a nexibus corporis, ubi subtilitatis naturae cognoscit futura: sed angelus est maxime a nexibus corporis absolutus, & est subtilissimae naturae. ergo cognoscit futura.

¶ 4 Praet. Intellectus possibilis anima nostra est in potentia ad omnia cognoscenda, & ita ad cognoscenda futura, sed potentia intellectus angelici est tota terminata per formas innatas, ut supra dictum est. ergo ipsi habent notitiam de futuris.

¶ 5 Praet. Quicumque habet prouidentiam super aliquid, debet habere & praescientiam eorum, quae spectant ad ipsum: sed angeli habent prouidentiam, & curam de nobis per officium custodiae. ergo ipsi cognoscunt ea quae nobis sunt futura.

¶ 6 Praet. Intellectus angelicus excedit humanum intellectum: sed intellectus humanus cognoscit futura, quae habent causas determinatas in natura. ergo intellectus angelicus cognoscit futura contingentia ad utrumlibet, quae non habent aliquas causas determinatas. ergo &c.

¶ 7 Praet. Propter hoc nos aliter nos habemus ad cognoscenda praesentia & futura, quia cognitionem a reb. accipimus. unde oportet res cognitae persistere scientiae nostrae: sed angeli non accipiunt cognitionem a reb. ergo aequaliter se habent ad cognoscenda praesentia & futura, & sic idem quod prius.

¶ 8 Praet. Intellectiva cognitio non concernit aliquod tempus: quia abstracta ab hic & nunc, & sic aequaliter se habet ad omne tempus: sed angelus non habet cognitionem nisi intellectiuam. ergo aequaliter se habet ad cognoscenda praesentia praeterita & futura, & sic idem quod prius.

¶ 9 Praet. Plura cognoscit angelus quam possit homo cognoscere: sed homo in statu innocentiae cognoscebat futura. ubi Gen. 2. Adam dicit, propter hoc relinquet &c. ergo & angeli cognoscunt futura.

SED CONTRA est, quod dicit Isa. 41. quae uentura sunt annuntiate, & dicemus, quoniam dii estis uos, & sic scire futura est diuinitatis indicium: sed angeli non sunt dii, ergo futura ignorant.

¶ 2 Praet. Certitudinalis cognitio haberi non potest, nisi eorum quae habent ueritatem determinatam: sed futura contingentia non sunt huiusmodi, ut patet in 1. Periherme. ergo angeli futura contingentia non cognoscunt.

Quest. dif. S. Tho. XX 2 ¶ 3 Praet.

¶ 3 Præt. futura cognosci non possunt nisi, uel p  
speciem artis, sicut artifex cognoscit ea que factu-  
rus est: uel in causis; sicut cognoscitur frigus futu-  
rum in signis & dispositionibus stellarum: sed an-  
geli non cognoscunt futura per artem, quia ipsi  
non sunt rerum operatores, nec iterum in causis  
suis: quia futura contingentia non sunt determi-  
nata in suis causis, alias essent necessaria. ergo nul-  
lo modo angeli contingentia futura cognoscunt.

¶ 4 Præt. Hugo de sancto Victore dicit in libro  
de Sacramentis, quod monstratum est angelis, qd  
facturi essent: non autem quid eis esset futurum.  
ergo multo minus alia futura cognoscunt.

RESPON. Dicendum, quod unumquodq; hoc  
modo cognoscitur in aliquo, quo est in eo. quedã  
igitur futura in causis suis proximis determinata  
sunt hoc modo, ut ex eis necessario contingant, si-  
cut solem oriri cras, & tales effectus futuri in suis  
causis cognosci possunt. Quidam uero futuri effe-  
ctus in causis suis non sunt determinati, ut aliter  
euenire non possint: sed tamen eorum causa  
magis se habent ad unum quam ad alterum, &  
ista contingentia sunt, quæ ut in pluribus vel pau-  
cioribus accidunt, & huiusmodi effectus in causis  
suis non possunt cognosci infallibiliter: sed cũ qua-  
dam certitudine coniectura. Quidam aut effectus  
futuri sunt, quorum causa in differenter se habent  
ad utrumque: hæc autem uocantur contingentia  
ad utrumlibet, ut sunt illa præcipue, quæ dependent  
ex li. arb. Sed quia ex causa ad utrumlibet, cum sit  
quasi in potentia, nõ progreditur aliquis effectus,  
nisi per aliquam aliam causam determinetur magis  
ad unum, quam ad aliud, ut probat Commen-  
in 2. Phy. ideo huiusmodi effectus in causis quidẽ  
ad utrumlibet, nullo modo cognosci possunt p se  
acceptis, sed si adiungantur causæ ille, quæ causas  
ad utrumlibet inclinant magis ad unum quam ad  
aliud, potest aliqua certitudo coniecturalis de effe-  
ctibus prædictis haberi, sicut de his quæ ex libero ar-  
bitrio dependent aliqua futura coniectimus, ex cõ-  
suetudinibus & complexionibus hominum, qui-  
bus inclinatur ad unum. omnes aut huiusmodi  
effectus, qualescũque sint eorum causa proxima,  
tamen in causa prima omnes sunt determinati, q  
sua præsentia omnia intuetur, & sua prouidentia  
oib. modõ imponit. Angeli autem & diuinam ef-  
sentiam intuentur, & per formas innatas cog-  
nitionem oium rerum & causarum naturalium ha-  
bent. Cognitione igitur naturali illa tantum p for-  
mas innatas futura præscire possunt: quæ in causis  
naturalibus sunt determinata, uel in una tantum  
causa, uel in collectione plurium: quia aliquid est cõ-  
tingens respectu cause unius, quod respectu con-  
curtus plurium causarum est necessarium. Angeli  
autem oes causas naturales cognoscunt. unũ quã q  
contingentia uidentur, aliquibus causis eorum pen-  
satis, angeli ut necessaria cognoscunt, cũ oes cas  
iporum cognoscunt. Si autem diuinam prouidẽ-  
tiam cõprehenderent, oes futuros euentus certi-  
tudinaliter scirent: sed quia quidã perfectius alijs  
diuinã prouidentiam intuentur, quis nullus eorũ  
pfecte comprehendat, ideo quidã in uerbo plura  
futura et de contingentibus ad utrumlibet sciunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod species, q  
sunt in mente angelii, non se habent æqualiter ad  
præsentia & futura, quia illa que sunt præsentia, sunt  
si milia in actu formis in angelis existentibus, & sic p  
ea possunt cognosci: illa uero q sunt futurã nõ dũ  
sunt similia, & nõ per formas prædictas nõ cogno-

Li. de Sacra.  
par. 5. c. 27.

Com. 12.

scuntur, ut supra determinatum est.  
AD SECVNDVM dicendum, qd quantum ad vi-  
sionem, qua uident res in uerbo, indifferenter se  
habent ad cognoscenda præsentia & futura nõ  
me sequitur, quod in uerbo omnia futura cogno-  
scant, quia uerbum non comprehendunt.

AD TERTIVM dicendum, qd sicut Au. narrat in  
super Gen. ad literam, quidam posuerunt quoda-  
nima in seipsa quendam diuinationis vim habere:  
sed hoc Aug. ibidem reprobabat, quia si per seipsam  
posset futura prædicere, semper esset præscia futu-  
rorum: nunc autem uidemus, quod non sit in po-  
testate sua cognitio futurorum, quod uolumus que  
uoluerit, quamuis aliquando præsciat, unde oportet  
quod hoc adiutorio alicuius eueniat, quod  
futura cognoscat. Adiuuatur autem aliquo iupe-  
riori spiritu creato, uel increato bono, uel malo.  
Et quia mole corporis aggrauatur, & dum sensu-  
libus intendit minus est intelligibilium capax: nõ  
quando a sensibus abstrahitur, uel per somnium, uel  
per ægritudinem, uel quocumque alio modo, sicut  
hoc magis idonea ad impressionem superioris spi-  
ritus recipiendam. Et nõ dum prædicto modo a mem-  
bris corporis absoluitur, futura præsciret: alioquin  
spiritu reuelare, q ea futura reuelare potest, qd ipse  
scit, uel naturali cognitione, uel i uerbo, uel dicto.

AD QVARTVM dicendum, qd duplex est potentia,  
una naturalis, que potest per agens naturale natu-  
ræ reduci, & talis potentia est in angelis: præter  
completa per formas innatas: sed fm talem poten-  
tiam intellectus possibilis noster non est in poten-  
tia ad futura qualibet cognoscenda. Est enim alia  
potentia obedientia, secundum quam in creatura  
fieri potest, quicquid in ea fieri uoluerit creator: sic  
intellectus possibilis est in potentia ad futura cog-  
noscenda que libet, in quantum scilicet per diuinitatem  
reuelari. Talis autem potentia intellectus angelicus  
non est totaliter completa per formas innatas.

AD QVINTVM dicendum, qd ille qui habet aliquid  
rum prouidentiam, non oportet quod præsciat  
turos euentus: sed ut præuideat qui euentus conueni-  
gere possunt, ut secundum hoc remedia adhibeat.

AD SEXTVM dicendum, qd intellectus angelicus  
cedit humanum in hoc, quod contingentium de-  
terminatorum in suis causis plura & certius no-  
uit: non autem oportet, quod excedat quantum ad  
hoc, quod obiectio tangit.

AD SEPTIMVM dicendum, sicut ad primum.  
AD OCTAUM dicendum, quod angelus per in-  
tellectuã cognitionẽ cognoscit ea que sunt in uerbo  
nunc, quamuis ipse intellectus cognoscens sit ab-  
stractus ab hoc & nunc, ut ex dictis patet. Et nõ potest  
est mirum, si alio modo cognoscit præsentia, quã  
futura, non ex hoc quod ipse aliter se habeat ad ea: sed  
hoc quia aliter se habent ad eũ, ut ex dictis patet.

AD NONVM dicendum, qd nõ in statu innocentie  
futura contingentia præscire non poterat: nulli uero  
causis suis, uel in uerbo, ut angeli cognoscunt, ut ex  
dictis patet. Ad ea uero q in contrariis obiectis  
in quibus cõtra ueritatẽ pcedit, patet ratio ex dictis.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum Angeli occulta cordium scire possint.  
TERTIODECIMO quæritur, utrum angeli possint scire  
occulta cordium. Et ut quid sic. Angelorum motus  
fictiũ est purgare: sed puritas a qua purgamur, est in  
cõscientia. ergo angeli cõscientias nras cognoscunt  
¶ 1 Præ. Sicut corpus figurat figurã, ita intellectus  
figurat spẽ eius quod actũ cogitat: sed oculus uidet  
corpũ, uidet simul figurã corporis. ergo & angelus  
tellectum



tellectum uidens alterius angeli uidet eius cogitationem.

¶ 3 Præ. Species quæ sunt in intellectu, cum sint intelligibiles actu, sunt magis intelligibiles, quam formæ in rebus materialibus existentes, quæ sunt intelligibiles in potètia tantum: sed angeli per formas quas apud se habent, intelligunt rerum materialium formas. ergo multo fortius intelligunt formas existentes in intellectu nostro, & sic cognoscunt cogitationes nostras.

¶ 4 Præ. Cognitio hominis numquã est sine phantasmate: sed angeli cognoscunt phantasmata, quæ sunt in nra imaginatione. unde Aug. dicit 12. sup Gen. ad literam, qd spirituales corporaliu similitudines in aîo nostro innotescunt spiritibus. Et in imidis. ergo angeli cogitationes nras cognoscunt.

¶ 5 Præ. Angelus per formas quas apud se habet, cognoscit quicquid potest per eas facere: sed ipse potest imprimere in intellectum nostrum illuminando & purgâdo nos: ergo multo fortius potest cogitationes nostras cognoscere.

¶ 6 Præ. Aug. dicit in lib. de Diuinationib. dæmonum, quod dæmoues aliquando hominum dispositiones non solum uoce prolaras, uerum et cogitatione conceptas, dum ex anima exprimentur in corpore tota facilitate perdiscunt, sed nõ est ali qua cogitatio quæ motum aliquem nõ relinquat in corpore, ergo omnes cogitationes nostras dæmones, & multo amplius angeli sãcti cognoscunt.

¶ 7 Præ. Origen. super illud ad Rom. 2. Et inter te cogitationu accusantiu aut defendentiu, dicit, quod intelligendum est de cogitationib. quæ prifuerunt, quarum quedam signacula in cogitantibus remanserunt. ergo ex cogitatione qualibet signum aliqd in anima relinquitur. sed hoc signum non pot esse angelo ignotum: quia totam aîam uidet: ergo angeli cogitationes nras cognoscunt.

¶ 8 Præ. Angeli in causis cognoscunt effectus: sed notitia procedit a mente, ut Aug. dicit 9. de Tri. & ex notitia habituali procedit notitia actualis. ergo cum angeli mentem nostram cognoscant, cognoscunt nostram notitiam, & cogitationem actualẽ.

¶ Sed contra Hier. 17. prauum est cor hominis, quis cognoscer illud; ego Dominus. ergo solius Dei secreta cordium est scire.

¶ 2 Præ. In Ps. 7. dicit. Scrutans corda & renes Deus, & ceta. uidetur hoc esse solius Dei proprium.

¶ Respon. Dicendum, quod angeli cogitationes hominum per se, & directe intueri non possunt. Ad hoc enim quod mens actu aliquod cogitet, requiritur intentio uolentis, qua mens conuertatur in actu ad speciem, quam habet, ut patet per Au. in lib. de Trin. motus autem uoluntatis alterius non potest angelo notus esse naturali cognitione: quia angelus naturaliter cognoscit per formas sibi inditas, quæ sunt similitudines rerum in natura existentium. motus autem uoluntatis non habet dependentiam, nec connexionem ad aliquam causam naturalem: sed solum ad causam diuinam, quæ in uoluntate sola imprimere potest. unde motus uoluntatis, & cordis cogitatio non potest cognosci in aliquibus similitudinibus rerum naturalium: sed solum in essentia diuina, quæ in uoluntatem imprimet, & sic angeli cognoscere non possunt cogitationes cordium directe, nisi in uerbo eis reuelentur: sed per accidens pnt cognoscere cogitationẽ cordis quæq. & hoc dupliciter. uno modo in quantum ex cogitatione actuali resultat aliquis motus in corpore dũ aliquis gaudio uel tristitia afficitur ex his, quæ cogitat.

A & sic cor quodammodo mouetur: per hunc enim modum etiam medici quãdoque possunt passionem cordis cognoscere. Alio modo in quantum ex actuali cogitatione aliquis meretur uel demeretur, & sic mutatur quodammodo status agẽtis, uel cogitantis in bonum uel in malũ, & hæc dispositionem mutationũ angeli cognoscunt: sed tñ ex hoc non cognoscit cogitatio nisi in gñali. Ex multis. n. & diuersis cogitationib. eodem modo aliquis meretur uel demeretur, gaudet uel tristatur.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod purgatio illa, de qua loquitur Dion. non est intelligenda ab impuritate peccati: sed ab ignorantia.

Ad II. Dicendum, qd ex vna spẽ q̃ intellectus penes se hẽt, in diuersas cogitationes prodit: sicut per speciem hois varia de hoie possumus cogitare. unde & si angeli uideant intellectum nostrum figurari per speciem hominis, non sequitur quod cogitationem cordis determinate cognoscant.

Ad III. Dicendum, qd nõ oia actu cogitamus, quorum species apud nos habemus, cum quãdoque species sint in nobis in habitu tñ. vñ ex hoc quod species nostri intellectus uidentur ab angelo, non sequitur, quod cogitatio cognoscatur.

Ad IIII. Dicendum, quod ex eisdem phantasmatis, ratio nostra in diuersa tendit cogitando. Et ideo etiam phantasmatis cognitis quibus anima intendit, non sequitur quod cogitatio cognoscatur. unde & ibidem Aug. subdit. Si dæmones internam uirtutum speciem possent in hominibus cernere, non tentarent.

Ad V. Dicendum, qd ex actione angeli efficiuntur potentes ad aliquid cogitandum: sed ad hoc quod in actu cogitationis procedamus, requiritur intentio uoluntatis, quæ nullo modo ab angelo dependet. unde quamuis angeli possint cognoscere uirtutem intellectus nostri, scilicet qua possumus intelligibilia speculari; non tamen sequitur quod actuales cogitationes cognoscant.

Ad VI. Dicendum, quod motus corporis, qd est in passionibus anime, non sequitur quamlibet cogitationem: sed tantum practicam. Cum enim aliquid speculatiue consideramus hoc nõ nos habemus ad considerata, ac si essemus in picturis considerantes, ut dicitur in 3. de Anima. Et tamen qñ etiam motus corporales sequuntur motus illi, non indicant cogitationem, nisi in generali, ut dictum est.

Ad VII. Dicendum, quod signacula illa nihil sunt aliud, quam merita & demerita, per quæ cogitatio non nisi generaliter cognoscitur.

Ad VIII. Dicendum, qd quamuis mens & notitia habitualis cognoscatur ab angelo, non tamen sequitur quod cogitatio actualis; quia ex una habituali notitia, multe considerationes actuales progrediuntur.

ARTICVLVS XIII. Vtrum Angeli simul multa cognoscant.

¶ QVARTODECIMO quaeritur, vtrum angeli simul multa cognoscant. Et uidetur quod sic, quia, ut dicit Aug. 15. de Tri. In patria omnem scientiam nostram simul uno conspectu uidebimus: sed hoc modo uident nunc angeli, sicut nos uidebimus in patria. ergo & nũc angeli simul multa actu cognoscunt.

¶ 2 Præ. Angelus intelligit hoĩem nõ esse lapidẽ: sed quicumq. hoc intelligit, simul intelligit hominẽ & lapidẽ. ergo angelus simul multa intelligit.

¶ 3 Præ. Intellectus angeli est fortior, q̃ sensus cõis: sed sensus cõis simul multa apprehendit, quã nunc.

¶ Quæst. dis. Tho. XX 3 rus

Cap. Ir. in prin. tom. 3. I. l. in Ep. Noli ad Ro. param. act. Cap. 11. de Tri. ca. 17. circa prin. to. 3. Cap. 14. to. 4. I. q. 58. a. 2. Ca. 16. a. me. co. 3.

347

rus est eius obiectum, cuius partes sunt multa unitates. ergo multo fortius angelus potest simul multa cognoscere.

¶ 4 Præ. Illud quod convenit angelo ex virtute suæ naturæ, convenit ei secundum quodcumque medium intelligat; sed angelo ex virtute naturæ suæ convenit multa intelligere. unde dicit Augu.

Q. 31. 1. prin. 10. 7.

4. super Gene. ad literam, potentia spiritualis mentis angelicæ cōstita, que voluerit, simul notitia facillima cōprehendit. ergo siue cognoscat res i verbo siue per spēs pprias, pōt simul multa cognoscere.

¶ 5 Præ. Intellectus & intelligibile relative ad invicem referuntur, sed non intelligibile pōt simul cōspici a diversis intellectibus. ergo & unus intellectus potest simul intelligere diversa intelligibilia.

Cap. 8. part. 1. prin. 10. 3.

¶ 6 Præ. Aug. dicit 10. de Trin. quod mens nostra semper meminit sui, intelligit se, & vult se, & eadē rō est de mente angeli: sed angelus quandoque intelligit alias res. ergo simul tunc plura intelligit.

¶ 7 Præ. Sicut intellectus dicitur ad intelligibile, ita scientia ad scibile: sed sciens potest simul multa scire. ergo intellectus multa simul potest intelligere.

¶ 8 Præ. Mēs angeli est multo spiritualior, q̄ sit aer: sed in acre pp sui spiritualitatem pnt esse simul diversæ formæ, ut albi & nigri, sicut si a diversis uidentibus album & nigrum videat tali dispositione existente quod linea directæ ab oculis ad res uisus interfecit se in uno puncto, per quod oportebit simul & semel speciem albi & nigri deferri, ergo multo fortius intellectus angeli pōt simul formari diversis formis, & ita pōt simul multa intelligere.

¶ 9 Præ. Intellectus reducitur in actum intelligendi per species quas apud se hēt, sed in intellectu angeli sunt simul multe species, cum intelligentia sit plena formis ut dicitur in li. de Causis, ergo angelus simul multa intelligit.

Propo. 10. c. 1. inter opes Arist.

¶ 10 Præ. Multa in quantum sunt unum, pnt simul intelligi: sed omnia intelligibilia sunt unum, in quantum sunt intelligibilia. ergo omnia intelligibilia possunt simul intelligi ab angelo.

¶ 11 Præ. Plus distat essentia diuinā a formis creatis, quam una forma creata ab aliā: sed angelus simul intelligit per essentiam diuinā, & p formā creatam, cum enim semper res in verbo uideat, nisi simul possit per species innatas res cognoscere, numquam res per species innatas intelligeret. ergo multo fortius potest simul p formas cōcreatas intelligere, & sic potest multa intelligere simul.

¶ 12 Præ. Si nō intelligit multa simul. ergo i actione eius, qua intelligit hoc & illud, cadit prius & posteriorius: sed omnis huiusmodi actio cadit sub tempore quod est cōtra id, quod habetur in li. de Causis, quod intelligentia est res cuius substantia & operatio est supra tempus.

Propo. 3. c. 30. 10. 3. inter opes Arist.

¶ 13 Præ. Propter hoc intellectus nō, ut vī nō potest simul multa intelligere, quia intelligit cum continuo & tempore: sed hoc intellectui angelico nō convenit, cum non accipiat a sensibus. ergo potest simul multa intelligere.

¶ 14 Præ. Formæ intellectus cū sint pfectiones se cūde, sunt formæ accidentales: sed plures formæ accidentales, q̄ nō sunt contrariæ, pnt esse in eodē subiecto, ut albedo & nigredo. ergo & intellectus angeli potest simul informari diversis formis, cū non sint contrariæ, & ita simul multa intelligere.

¶ 15 Præ. Musica & Grammatica sūt formæ i uno genere, & simul p eas informat aia eius, qui utriusque habitu m hēt. ergo ē intellectus potest simul formari diversis formis, & sic idem quod prius.

¶ 16 Præ. Intellectus angeli intelligit se i intelligere & sic per consequens se intelligere aliquid quod sit extra ipsum. simul ergo intelligit se & illud aliquid, & ita simul multa intelligit.

¶ 17 Præ. Intellectus angeli, quantum est de se, aquiliter se habet ad omnes formas in ipso existentes. ergo uel simul per omnes intelligit, uel per nullam sed non per nullam. ergo simul per omnes, & simul intelligit multa.

SED CONTRA est, quod phil. dicit, contingit intelligere unum, scire uero plura.

¶ 2 Præ. Ad hoc quod aliquid actu cōsi deretur requiritur intentio, ut Au. dicit: sed intentio cōsi sit motus quidam, non potest simul fieri in diversis, quia unius motus nō est nisi unus terminus ad quem.

¶ 3 Præ. Sicut corpus figuratur figurata intellectu figuratur spēs eius quod actu intelligit, ut dicit Algazel: sed unum corpus non potest simul figurari diversis figuris. ergo nec vnus intellectus potest simul formari diversis speciebus, & ita nec simul multa intelligere.

¶ 4 Præ. Sicut angelus intelligendo res in propria natura, intelligit eas per formas distinctas, ita intelligendo res in verbo intelligit eas per distinctas rationes. ergo nec in propria natura, nec i uerbo potest simul multa intelligere.

¶ 5 Præ. Virtus rei nō excedit substantiam eius: sed substantia angeli non habet esse simul in pluribus locis. ergo nec secundum unum in intellectu uam potest multa simul intelligere.

¶ 6 Præ. Illud quod se extendit ad multa, cōpositio nem quādā hēt: sed intellectus angeli est simpliciter ergo nō pōt se extendere ad multa simul intelligenda.

RESPON. Dicendū, q̄ intellectus esse, quod intelligit, ut dicitur per aliquam formam, & sic per formas intellectus, quibus intelligit, oportet considerari, an simul angelus possit multa intelligere.

Sciendum est igitur, quod formari quædam sunt unius generis, quædam autem generū diversitatis. Formæ quidem quæ sunt diuersiorum generum, uel in se uel in materia, sunt vnitatis generis, cum vnitatis generis unitate materie, siue potentie procedat secundum philosophum. unde impossibile est vnum in se ipsum simul perfici diversis formis diuersiorum generum, quia tunc vna potentia non determinatur ad diversos actus: sed diuise. sicut si aliquid corpus est simul album & dulce, albedo inest ei in quo participat de natura diaphani, dulcedo autem fm naturā humidī. Formæ uero, quæ sunt vnitatis generis, vnam potentiam respiciunt, siue sint contrariæ, ut albedo & nigredo, siue nō, ut triangulum & quadratum. Hæ igitur formæ in subiecto simpliciter esse dicuntur, vno modo in portia tū, & sic sunt simul: quia vna potentia est contrarietatis, & diuersarum formarum unius generis. Alio modo fm quod sunt in actu imperfecto, ut cum sunt in fieri, & sic etiam simul esse possunt, ut patet, cū dicitur quis dealbatur: tunc enim toto dealbationis tempore albedo inest in fieri, nigredo uero, ut in corpore. Tertio modo ut in actu perfecto, ut cum albedo est in termino dealbationis, & sic impossibile est duas formas vnitatis generis esse simul in eodē subiecto. oportet. n. eandē potentia ad diuersos actus terminari, qd est impossibile, sicut & vna linea in vna parte terminari ad diuersa puncta. Sciendum est igitur, q̄ oēs formæ intelligibiles sūt vnitatis generis: tūcūq; res, quarū sūt, sint generū diuersiorum, & in eandem potentiam intellectiua respiciunt, & in eadem potentia

potentia omnes simul esse possunt in intellectu, & similiter in actu incompleto, qui est medius inter potentiam & actum perfectum, & hoc est spēs esse in habitu, qui est medius inter potentiam & operationem, sed in actu perfecto plurimum specierum intellectus simul esse non potest. Ad hoc autem, quod actu intelligat, oportet, quod sit in actu perfecto illius speciei secundum quam intelligit: & ideo impossibile est, quod simul & semel secundum diversas formas actu intelligat. Omnia igitur diversa, quæ diversis formis intelligit, non potest simul intelligere. Illa vero, quæ intelligit per eadem formam, simul intelligit, unde omnia, quæ intelligit per unam verbi essentiam, simul intelligit, ea vero, quæ intelligit per formas innatas, quæ sunt multe, non simul intelligit si diversis formis intelligat: quilibet enim angelus per eandem formam multa intelligit, ad minus omnia singularia unius speciei per unam spēs formam. Superiores vero angeli plura possunt unam spēs intelligere, quam inferiores: unde magis possunt simul multa intelligere. Sciendum tamen quod aliud est unum quodam modo, & alio modo multalicet continuum est unum in actu, & multa in potentia. Et in hōi si intellectus vel sensus ferat ut est unum, simul videtur si autem ut est multa, & est considerare unamquamque partem secundum se, non sic potest totum simul videri, & sic etiam intellectus quando considerat propositionem, considerat multa, ut unum, & ideo in quantum sunt unum, simul intelliguntur, dum intelligitur una propositio, quæ ex eis constat: sed in quantum sunt multa, non possunt simul intelligi, ut si intellectus simul conuertat se ad rationes singulorum secundum se inuicem. Unde phil. dicit in 6. Met. dico autem simul & separatum intelligere affirmationem & negationem, quasi non deinde, sed unum quid sit. Non enim simul intelliguntur in quantum habent ordinem distinctionis ad inuicem: sed in quantum uniantur in una propositione.

Ad primum ergo dicendum, quod in loquitur de cognitione beata, quæ cognoscimus oīa in uerbo.

Ad ii. dicendum, quod angelus cognoscendo hominem non esse lapidem, cognoscit multa ut unum ut ex dictis patet.

Et similiter dicendum est ad tertium.

Ad iiii. dicendum, quod ex natura mentis angelice est quod per unam formam possit multa intelligere, & sic cum uoluerit eouertēdo se ad illā spēm, omnia quæ per illam spēm cognoscit, simul intelligere potest.

Ad v. dicendum, quod nihil intellectus est in intellectu, sed aliquid eius quod intelligitur, est in intellectu, & sic non est eadem ratio intelligendi, simul multa ab uno intellectu, & intelligendi unum simul a multis intellectibus.

Ad vi. dicendum, sicut Aug. exponit seipsum in 15. de Tri. hoc quod dixerat in 10. li. quod mens nostra semper sui meminit, semper se intelligit, semper se uult, ad interiorē memoriam est referendum: unde anima nostra non semper actualiter se intelligit, sed mens angeli semper se actualiter intelligit: quod ideo contingit, quia mens angeli intelligit se per essentiam suam, quia semper informatur: mens autem nostra forte intelligit quodammodo per intentionem: nec tamē cum mens angeli quodammodo se intelligit, & aliquid aliud, intelligit simul multa nisi ut unum, quod sic patet. Si enim aliqua duo ita se hēant quod unum sit ratio intelligendi aliud, unum eorum erit quasi formale, & aliud quasi materiale, & sic illa duo sunt unum in-

**A** telligibile, cum ex forma & materia unum constituitur. unde intellectus quando intelligit aliquid per alterum, intelligit unum tantum intelligibile, sicut patet in uisu: lumen enim est quo uidetur color, unde se habet ad colorē quasi formale, & sic color & lumen sunt unum tantum uisibile & dicitur a uisu uidentur, esse tria autem angeli est ratio cognoscendi omne quod cognoscit, quamuis non perfecte, propter quod formis superadditis indiget, cognoscit. nōia per modum substantie sue, ut dicitur in li. de Causis, & secundum propriam uirtutem & naturam, ut dicit Dion. 7. c. de diu. nom. unde cum intelligit se & illa, non intelligit simul multa nisi ut unum.

**B** Ad vii. dicendum, quod scientia nominat habitum, intelligere uero actum. Formæ autem possunt esse simul plures in intellectu ut in habitu, non autem ut in actu perfecto, ut ex prædictis patet, & ideo contingit simul multa scire, nō simul multa intelligere.

**C** Ad viii. dicendum, quod formæ illæ non sunt i acre nisi ut in fieri, sunt. n. in eo ut in medio deferente.

**D** Ad ix. dicendum, quod species multe sunt simul in intellectu angelici: sed non ut in actu perfecto.

**E** Ad x. dicendum, quod sicut omnia sunt intelligibilia, ita simul intelliguntur in quantum sunt intelligibilia, & hoc est di ipsa intelligibilia intelligit.

**F** Ad xi. dicendum, quod essentia diuina est ratio omnium formarum concreatarum angelo, cum ex ea uelut exemplare deriuatur, non autem una forma est ratio alterius, & ideo non est simile.

**G** Ad xii. dicendum, quod illa operatio per se cadit sub tem pore, quæ expectat aliquid in futurum ad hoc, quod eius species compleatur, sicut patet I motu, qui non habet speciem completam donec ad terminum perducatur. non enim est idem spēs motus ad medium, & ad terminum: operationes uero quæ statim habet speciem suam completam, non mensurantur tempore, nisi per accidens, sicut intelligere sentire & huiusmodi, unde phil. dicit in 10. Eth. quod delectari non est in tempore: tamē in tempore possunt esse tales operationes in quantum motui coniunguntur in natura temporis subiecta existentes, quæ est natura corporea generabilis, & corruptibilis, quæ ut organo potentia sensitua utuntur, a quibus noster intellectus accipit, unde patet quod ipsum intelligere angelici, neque per se, neque per accidens cadit sub tpe, unde I una eius operatione qua intelligit unū intelligibile, non est prius & posterius, sed hoc non prohibet quin plures operationes possint esse ordinate frā prius & posterius.

**H** Ad xiii. dicendum, quod non est tota ratio quare intellectus possibilis noster non possit simul plura intelligere, quod obiectio tangit, sicut quod supra dictū est.

**I** Ad xiiii. dicendum, quod formæ accidentales, non contrariæ possunt esse simul in eodem subiecto, si potentias respiciunt diuersas, non autem si sint unius generis eandem potentiam respiciētes, sicut patet de triangulo & quadrato.

**K** Ad xv. dicendum, quod musica & Grammatica cum sint habitus, non sunt actus compleri: sed formæ quædam mediæ inter potentiam & actum.

**L** Ad xvi. dicendum, quod intelligēs & intellectum in actu sunt unum quodammodo, unde quæ aliquis intelligit se intelligere aliquid, intelligit multa ut unum.

**M** Ad xvii. dicendum, quod intellectus angeli nō si militer se hēt ad omnes formas quas penes se hēt, quia quandoque est in actu perfecto unius formæ & non aliarum, & hoc est per uoluntatem quæ re dicit intellectum de tali potentia in actum. unū ē



4. super 20-  
ne. 2. 32-11  
prim. 10. 3.  
in arg. 4.

Aug. dicit, quod cum uoluerit intelligit, ut patet F in auctoritate prius inducta.

AD PRIMVM uero quod in contrarium obij- citur, dicendum, quod unum tantum contingit si- mul intelligere, ut unum & per vnã formã, nihil tamen prohibet multa, ut unum simul in- telligi uel per vnã formã.

AD SECUNDVM Dicendum, quod quantitas vir- tualis attenditur secundum comparationem uir- tutis ad obiecta, unde sicut corpus per quantitatẽ dimensionem potest ex diuersis suis partibus diuer- sa tangere, ita & uirtus potest diuersis applicari se- cundum diuersas comparationes ad diuersa, dum modo sit perfecta uirtus in actu, sicut ignis simul undique calefacit diuersa corpora. Et ita et intelle- ctus perfectus p̄ formã potest simul ferri in diuersa, ad que extendit se representatio illius formã, & erit multa intentione ex parte eius in quod fertur in- tellectus, sed una ex unitate intellectus & formã.

AD TERTIVM Dicendum quod intelligit si- mul multa ad que intelligenda requiritur, quod diuersis formis figuratur.

AD QUARTVM Dicendum, quod rationes idea- les non differunt, nisi per habitudines diuersas, vn- de omnes sunt vnũ per essentiam, quod nõ est de formis concretis angelo.

AD QUINTVM Dicendum, quod cum dicitur quod uirtus nõ excedit substantiam, nõ est sic in- telligendum quod nihil conueniat uirtuti, quod non conueniat substantiã: sed quod efficacia uir- tutis est secundum modum substantiã, ut si sub- stantia est materialis, & uirtus materialiter agit.

AD SEXTVM Dicendum, quod quanto aliquid est simplicius, tanto uirtute ad plura se extendit: sed quantitate diuina dimensiuã ad pauciora, & sic extẽsio dimensionis quantitatis ad multa indicat composi- tionem, extẽsio uero uirtutis indicat simplicitatẽ.

ARTICVLVS XV.

Utrum Angeli cognoscant res discurrendo de uno in aliud.

1. p. q. 58. ar. 3.

DECIMO QUINTO queritur, utrum angeli cognoscant res discurrendo de uno in aliud. Et uidetur quod sic, quicquid enim cognoscit vnũ per alterum, cognoscit discurrendo: sed an- geli cognoscunt unum per aliud, dum creaturas in uerbo intuent, ergo cognoscunt res discurrendo.

Ar. 13. & 15. huius quest.

¶ 2 Præt. Sicuti nos scimus quãdam, & quãdam ignoramus, ita etiam angeli ut ex prædictis patet: sed nos ex notis possumus in ignora deuenire. cũ igitur angeli sint altiores intellectus quam nos, uideatur quod ipsi possint ex his quã sciunt in cognitionem ignoratorum deuenire, hoc autem est discurrere, ergo ipsi de uno in aliud discurrunt.

p. 4. a med.

¶ 3 Præt. In operatione intellectus non potest atẽ diuersus motus, nisi secundum quod discurret de uno in aliud: sed angeli intelligendo mouent, ut dicit Dion. 4. ca. de Diu. nomi. qd angeli mouent, circa bonũ & pulchrũ circulariter, obliq; & recte, sicut & animã, ergo sicut animẽ discurrunt intel- ligendo, ita & angeli.

Ca. 5. tom. 3.

¶ 4 Præt. Sicut dicit Aug. in li. de Diuinatione dæ- monum, dæmones cognoscunt cordium cogita- tiones ex motibus qui in corpore apparent. hoc autem est de uno in alterum discurrere, ergo dæ- mones cognoscunt res discurrentes de uno in aliud, & eadem ratione angeli. cum eadem sit cognitio in utrisque naturalis.

Dion. paulo sine mediõ sonne nãe p̄ cap. 7.

¶ 5 Præt. Maximus dicit in expositione 7. c. de Di- u. nomi. quod atq; nostrã more angelorum mul-

ta in unũ cõuoluunt: sed cõuoluerẽ multã in unũ, est p̄ collationẽ, ergo angeli cõferẽdo cognoscunt. ¶ 6 Præt. Angeli cognoscunt causã & effectus na- turales ita p̄fecte, sicut & nos; sed nos in causis uide- mus effectus, & in effectibus uideamus causã, ergo & angeli, & ita sicut nos cõferimus, cõferit & ip- si. ¶ 7 Præt. Omnis cognitio per experientiam ac- cepta, est cognitio collatiua, quia ex experientia & ex singularib; memorijs multis vnã communẽ acceptio sumitur, ut dicit in 1. Metã. sed dæmones per experientiam longi temporis multa cognos- cunt de naturalibus, ut dicit Aug. in lib. de Diu- nationibus dæmonum, & in 12. super Gen. ad lte- ram, ergo in eis est cognitio collatiua.

SED CONTRA, Omnis discursus uel est er- roneus uel alius ad particularia, uel a particularibus ad uniuersalia, quia omnis rō reducitur ad syllogis- mum & inductionem, sed sicut dicit Dion. 7. c. de Diu. nis nominibus, angeli neque a diffinitibus, sensibus congregant diuinã cognitionem, neque ab aliquo communi ad ista particularia mul- aguntur, ergo in eis nõ est aliquis discursus.

¶ 2 Præt. Secundum hoc hõ rōnalis d̄, q̄ inquir- rendo discurret: sed angelus non dicitur rōnalis, sed intellectualis, ut patet per Dio. 4. c. Cælest. He- rar. ergo angeli non cognoscunt discurrendo.

¶ 3 Præt. Ut dicitur in li. de Spiritu & Anima, ratiocinatio est rationis inquisitio, sed in angelis nõ est rō, quia ratio ponitur in definitione etiam in- cut proprium eius, ut patet in eodem lib. ergo an- gelus non ratiocinatur, & sic non discurret.

¶ 4 Præt. In eodem lib. dicitur quod diuinitas est uisibilium rationes cognoscere & inuisibilium inue- stigare. Primum autem est hominis ingenium habet sensus, ergo & secundum, & sicut non uideat angelo conuenire, qui non habet sensus.

¶ 5 Præt. Comment. Maximus dicit in 7. c. de Diu. nis nominibus, quod angeli non circumuectur ca existentium uarietatem, sicut & nostrã animã, sed secundum hoc anime circuire dicuntur rati- existentium uarietatem, quod de uno in aliud dis- scurrunt, ergo &c.

RESPON. Dicendum, quod discurrere proprie dicitur ex uno in cognitionem alterius deuenire. Dicitur autem cognoscere aliquid in aliquo, & aliquid ex aliquo quando enim aliquid in aliquo cognoscitur, uno motu fertur cognoscens in utrumque, sicut patet quãdo aliquid cognoscitur in aliquo, ut in forma cognoscibili, & talis cognitio non est dis- scursiua, nec differt quantum ad hoc, utrum aliqd uideat in propria specie, uel in specie aliena; uisus enim non d̄ conferre neq; uideo lapidẽ p̄ specim a lapide acceptã, neque uideo lapidẽ per specim spẽm in speculo resultantẽ: sed tũc d̄ aliqd ex ali- quo cognosci, qd nõ est idẽ motus in utrumque, sed primo mouet intellectus in unũ, & ex hoc mo- uetur in aliud, unde hic est qdam discursus, sicut patet in demonstrationib; Primõ n. intellectus tra- tur in principia tñ, & secundario fert per p̄uocã- pia in cõclusiones. Intellectus autẽ angeli a sua crea- tione per formas innatas est perfectus respectu notius cognitionis naturalis, ad q̄ se extendit uirtus intellectiua. Sicut & materia cælestiũ corporũ nota- taliter est p̄fecta, uel terminata p̄ formã, ita q̄ nota- remanet i potentia ad aliã formã, & p̄ hoc d̄ illa de Causis, qd intelligentia est plena forma, non effert plena, nisi tota sua potentia p̄ formas illas ter- minaret. vñ nihil eorũ, q̄ naturaliter cognoscere potest, est ei ignotũ: sed intellectus n̄ participans dicitur

Atque lumen intellectuale, non est completus respectu omnium cognoscibilium, que naturaliter cognoscere potest: sed est perfectibilis. nec potest se de potentia in actum reducere nisi quantum ad aliqua esset eius cognitio completa per naturam. unde oportet quod in intellectu nostro sint quedam, que intellectus noster naturaliter cognoscit, i. prima principia: quamvis etiam ipsa cognitio in nobis non determinetur nisi per acceptionem a sensib. unde sicut intellectus noster se habet ad ista principia, sic se habet angelus ad omnia, que naturaliter cognoscit. Et cum cognitio principiorum in nobis sit altissimum nostræ sciencie, patet quod in primo nostræ nature aringimus quodammodo in similitudine angelicæ. ut n. dicit Dion. 7. c. de Div. nom. divina sapiencia, fines primorum coniungit principis secundorum. nisi sicut nos sine discursu principia cognoscimus simpliciter in actu: ita & angeli omnia que cognoscunt: vñ & intellectuales dicuntur. & habitus principiorum in nobis ad intellectus.

Ad primum ergo dicendum, quod angeli consunt creaturas in verbis: sicut cognoscitur res in sua similitudine absque omni discursu.

Ad II. dicendum, quod angelis non est ignotum aliquid eorum, ad que possunt per naturalem cognitionem pervenire: sed aliqua ignorant que naturalem cognitionem excedunt, & in horum cognitionem ex seipsis venire non possunt conferendo, sed solum in executione divina: sed intellectus noster non novit omnia que naturaliter cognoscere potest. Et ideo ex his que novit, potest in ignota devenire, non autem in ignota que naturalem cognitionem excedit, sicut ea que sunt fidei.

Ad III. dicendum, quod motus de quo Dion. loquitur non accipitur pro transitu de vno in aliud: sed illo modo quo omnis operatio motus dicitur sicut intel. igere est quidam motus, & sentire. Et sic triplicem motum, & in angelis & in animabus distinguit Dionysius, quantum ad cognitionem divinam. scilicet. circulem, obliquum & rectum secundum hanc similitudinem. circularis enim motus est totaliter uniformis: tunc propter æquidistantiam omnium partium circuli a centro: tunc propter hoc, quod in motu circulari non est assignare magis, ex una parte, quam ex altera principium & finem: motus autem rectus est difforsis, tunc ex proprietate lineæ, cum partes non equaliter distent ab vno puncto signato: tunc ex parte motus qui habet principium & finem signatum: obliquus autem motus habet aliquid uniformitatis secundum quod convenit cum motu circulari, & aliquid difforsitatis scilicet quantum ad motum recto: non est autem idem motus uniformitatis & difforsitatis in angelo & anima, unde diversimode hos motus in utroque distinguit. Angelus enim in ipso actu cognitionis divinæ non se extendit ad diversas: sed in ipso Deo vno figuratur, & scilicet hoc dicitur ea Deum moveri quasi motu circulari, non deveniens in ipsum, sicut in fine cognitionis ex aliquo principio, sicut circulus non habet principium, neque finem. Et ideo dicit quod angeli moventur circulariter, unitate, sine principio & interminabilibus illuminationibus pulchri & boni, ut intelligamus ipsas illuminationes divinas in mentes angelicas pervenientes, sicut lineas pervenientes de centro ad circumferentiam, quodammodo substantia circumferentia constituit, ut sic cognitio Dei que de seipso habet, comparat centro, cognitio autem angelorum de ipso, comparat circulo qui imitatur unitatem centri, sed differt ab eo. Sed difforsitas in angelo respectu divinæ cog-

gnitionis non invenitur quantum ad ipsam cognitionem: sed solum quantum ad cognitionis circumferentiam scilicet quod dicitur divina cognitionem tradit: & hoc ponit quantum ad rectum motum in angelis. unde dicit quod in directum movetur quod procedunt ad subiectorum providentiam recta omnia transeunt, obliquum vero motum ponit quasi compositum ex vtroque, in quantum scilicet ipsi in unitate divinæ cognitionis permanentes exeunt per actionem in altos reducidos in Deum. unde dicit quod oblique moventur, quando providentes minus habentibus inegressibiliter manent in identitate circa identitatis causam: sed in anima et quantum ad ipsam divinam cognitionem invenitur uniformitas & difforsitas. Tribus enim modis anima movetur in Deum, vno modo inuisibilia Dei per ea que facta sunt, visibilia conspiciens, & iste est motus rectus. unde dicit quod indirectum movetur anima, quando ab ea que circa seipsam progreditur, & ab exterioribus sicut a quibusdam signis variatis & multiplicatis ad simplices & unitas sursum agit contemplationes. Alio modo movetur in Deum, ex illuminationibus ex Deo receptis: quas tamen recipit secundum modum suum sensibilibus figuris velatis, sicut Isaias vidit Deum sedentem super solum excelsum & elevatum. Et hic motus est obliquus habens aliquid de uniformitate ex parte divinæ illuminationis, & aliquid de difforsitate ex parte sensibilium figurarum. vñ dicit quod oblique movetur anima in quantum secundum proprietatem suam divinam illuminatur cognitionibus, non intellectualiter & singulariter: sed rationabiliter & diffuse: Tertius modus est quod anima a se oia sensibilia abicit supra oia Deum cogitans, & et supra seipsam, & sic ab omni difforsitate separatur. Et hic est motus circularis. unde dicit quod circularis motus est introitus ad seipsam ab exterioribus, & intellectualium virtutum ipsius conuolutio, & quod demum iam uniformis facta unitur unitis virtutibus, & sic manudicitur ad id quod est super omnia.

Ad IIII. Dicendum, quod cordis abscondita in motibus corporis intuentur angeli, sicut causa videtur in similitudinibus suorum effectuum absque omni discursu: nec propter hoc quod illos motus de novo percipiunt aliqua collatione indigere: statim enim ut res sensibiles sunt similes sunt angelorum formis, & sic ab angelis cognoscuntur, & sic sine discursu sensibilia de novo facta cognoscunt.

Ad V. Dicendum, quod conuolutio illa non significat collationem: sed magis circulem imitationem animæ & ipsius angeli.

Ad VI. Dicendum, quod angeli vident causas in effectibus & effectus in causis, non quasi discurrendo ex vno in aliud: sed sicut res videtur in sua imagine sine discursu.

Ad VII. Dicendum, quod experimentalis cognitio in demonibus non fit per collationem: sed secundum quod vident effectus in causis, vel causas in effectibus modo predicto. Et quanto sunt tempore diuturniores tanto plures effectus alicuius cause cognoscunt, & sic de ipsa maiorem cognitionem habent quodammodo, non quidem intellectu, sed extentive secundum quod in pluribus effectibus eius virtutem vident.

ARTICVLVS XVI.

Utrum in angelis distingui debeat cognitio matutina, & vespertina.

Extrodecimo queritur, utrum in angelis distingui spebeat cognitio matutina & vespertina. Et videtur tur

Tot medi

id est

est ex

caribus

et syllog

on 7. c. de

multitudi

tionem

culari

culas

g. in

ronali

et h

rendo

anima

angeli

anima

ego an

ni

id est

alia

in

antiqua

non videt

s

meum

et

de

re

aliud

ce

cogniti

umque

si

non est

rum aliq

ena: vñ

de p. p. m

te per

iga ex

triumque

ex hoc

scilicet

ellectus

per p. m

a. l. a. c. e. e.

ellectus

dit vñ

oportet

ita q. m

hoc d. l.

is, non

as iller

gnoscere

pres de

ctus

ctus

ctus

ctus

ctus

ctus

ctus

ctus

ctus

ctus

ctus

ctus

ctus

ctus

ctus

ctus

ctus

ctus

ctus

ctus

Ca. 4. de di-  
ni. noum. 2  
prin. & 7. 4  
non multu  
ante med.  
cap. 22. to. 3.

ur qd non. uespere. n. & mane diei sunt tenebris  
admitas: sed in intellectu angeli nullæ sunt tenebræ,  
cū sint specula clarissima, ut Dio. dicit. ergo in ange-  
lis nō dēt distingui cognitio matutina & uespertina.

¶ 2 Præt. Secūdu Aug. sup Gen. ad literam, cog-  
nitio matutina dī qua angeli cognoscunt res fiēdas  
in uerbo. uespertina autē qua cognoscūt res in pro-  
pria natura: sed nō aliter cognoscunt res anteqū  
sint, & aliter possūt sunt, cū intellectu hēant deiformem,  
& a reb. cognitionē non accipiāt. ergo in eis  
cognitio matutina & uespertina distingui nō dēt.

¶ 3 Præt. Cognitio uespertina est qua res cogno-  
scuntur in propria natura. sed res in uerbo in pro-  
pria natura cognoscuntur. uerbū enim expressius  
propriam naturam rei repræsentat, quam ipse ē  
forma. cum ergo cognitio matutina sit cognitio  
in uerbo, uidetur quod uespertina cognitio a ma-  
tutina in angelis non distingatur.

cap. 22. to. 3.

¶ 4 Præt. Gene. i. dicitur, quod factum est uespere  
& mane dies unus: sed dies accipit ibi pro ipsa an-  
geli cognitione, ut Aug. dicit 4. sup Gen. ergo una  
& eadē ē in angelis cognitio matutina & uespertina.

¶ 5 Præt. Lux matutina crescit in meridianam: sed  
cognitio quæ est rerum in uerbo, non potest cre-  
scere in aliquam ampliorem cognitionem. ergo  
cognitio rerum in uerbo non proprie potest dici  
matutina: & sic non distinguitur in angelis cog-  
nitio matutina & uespertina, per hoc quod est co-  
gnoscere res in uerbo, & in propria natura.

¶ 6 Præt. Prius est cognitio rei fiēda, quam facte:  
sed cognitio uespertina præcedit matutinam, ut  
patet Gene. i. Factum est uespere & mane. ergo nō  
conuenienter distinguitur cognitio uespertina a  
matutina, ut cognitio uespertina sit cognitio rei iā  
factæ, matutina uero rei fiēdæ.

Li. 1. contra  
manichos  
c. 8. t. 1. trac.  
i. 10. to. 9.

¶ 7 Præt. Aug. comparat cognitionem rerum in  
uerbo & in propria natura cognitioni artis & ope-  
ris, & cognitioni linear, quæ intelligitur, & quæ in  
pulvere scribitur: sed illud non patitur diuersa co-  
gnitionis genera. ergo nec cognitio rerū in uerbo  
& in propria natura sunt duæ cognitiones, & sic  
matutina & uespertina cognitio non distinguitur.

¶ 8 Præt. Angelus in principio suæ creationis co-  
gnouit cognitione matutina, non autē cognouit  
uerbum, quia non fuit creatus beatus. uidere autē  
uērbū est actus beatitudinis. ergo cognitio rerum  
in uerbo non est cognitio matutina, & sic idē qd  
prius: sed dicendum quod quamuis non cognoue-  
rit uērbū per essentiā, cognouit tñ per aliquā si-  
militudinem creatā, & sic cognouit res in uerbo.

¶ 9 Sed contra, Ois cognitio q̄ est p̄ formas crea-  
tas est obumbrata: quia omnis creatura in se con-  
siderata est tenebra: sed cognitio obumbrata, est  
cognitio uespertina. ergo cognoscere res ī uerbo,  
uel uērbū mō prædicto esset cognitio non matu-  
tina, sed uespertina.

¶ 10 Præt. Aug. contra Manichæos dicit, q̄ mens  
fortis & intentata, cum illam primam ueritatem  
conspexit, cetera obliuiscitur. ergo uidentē uērbū  
nihil aliud us̄ in uerbo, & sic matutina cognitio in  
angelis non potest dici cognitio rerum in uerbo.

¶ 11 Præt. Cognitio matutina est clarior q̄ ues-  
pertina: sed cognitio rerum in uerbo est minus clara  
q̄ cognitio rerū in propria natura, quæ res in uerbo  
sunt s̄m quid, in propria autē natura sunt simplici-  
ter. Melius autē cognoscit aliqd ubi est simpliciter,  
q̄ ubi est s̄m quid. ergo hoc modo distingui non  
pōt, ut cognitio rerum in uerbo dicatur matutina  
in proprio autem genere dicatur uespertina.

¶ 12 Præt. Cognitio quæ est ex propriis & in medi-  
tis est perfectior, quam quæ est ex causa cōi. sed  
Deus est causa cōis rerum omnium. in perfectiore  
est ergo illa cognitio qua res cognoscuntur in uer-  
bo, quam illa qua cognoscuntur in propria natura.

¶ 13 Præt. Res cognoscuntur in uerbo sicut in quo-  
dā speculo: sed perfectius cognoscuntur res in uer-  
bo, quā in speculo. ergo & perfectius in propria na-  
tura quam in uerbo, & sic idem quod prius.

IN CONTRARIUM est quod Aug. 4. & 5. sup  
Genesim ad literam has cognitiones distinguit  
modo prædicto.

RESPON. Dicendum, q̄ hoc, quod dicitur de  
matutina, & uespertina angelorum cognitione,  
introducūm est ab Aug. hac necessitate, ut posset  
ponere ea, quæ in sex primis dieb. facta leguntur,  
sine successione temporum esse completa. unde  
per dies illos non temporum distinctiones sunt  
intelligi, sed angelorum cognitionem. Sicut autē præ-  
sentatio lucis corporalis super hæc inferiora die  
facit temporalem: sic præsentatio uel operatio in  
minis intellectus angelici super res creatas die  
primalem facit: & secundum hoc multi dies distin-  
guntur, quod intellectus angeli diuersis rebus  
generibus cognoscendis comparatur: & sic ordo  
diei non fuit ordo temporis, sed ordo natura, qui  
in cognitione angeli attenditur secundum ordi-  
nem cognitorum adinuenim, prout alterum al-  
terum est prius natura. Sicut autē in die temporis

mane est diei principium, uespere uero finis: in  
cognitione angeli respectu eiusdem rei est con-  
siderare principium, & finem secundum ordinem  
rei cognita: principium autem cuius rei est in  
sua causa, a qua illud terminus autem finis est in  
ipsa re ad quam actio causæ producentis terminatur.  
Vñ primitiua alicuius rei cognitio, est secundum  
quod considerata in cā sua, quæ est uerbum essen-  
tium. unde cognitio rerum in uerbo dī matutina  
cognitio, ultima autē rei cognitio est secundum  
cognoscitur in seipsa, & talis cognitio dī ues-  
pertina. Sciendum tñ, quod ista distinctio pōt dupli-  
ter intelligi. Vno mō ex parte rei cognita. Alio mō  
ex parte medii cognoscendi. Ex parte quod rei  
cognita, ut dicat res in uerbo cognoscitur q̄ cogno-  
scitur esse eius quod hēt in uerbo, in propria autē  
natura secundum qd cognoscitur ipsum esse rei  
quod hēt in seipsa, & hic nō est conueniens similitu-  
dō, quia esse rei, q̄ hēt in uerbo, non est aliud ab  
esse uerbi, quia ut Ansel. dicit, creatura in creatore  
est creatrix essentiā. unde hoc modo cognoscitur  
creaturam in uerbo non esset cognitio creaturæ  
sed magis creatoris. Et iō oportet hanc distinctio-  
nem intelligi ex parte medii cognoscendi. ut dicitur  
tur res cognosci in uerbo q̄ per uerbum ipsa res  
in propria natura cognoscitur in propria natura  
tura, q̄ cognoscitur per formas aliquas creaturæ  
formas sibi inditas, uel ē si per formas accipiatur  
cognosceret quantum ad hoc pertinet, nihil distin-

AD PRIMUM ergo dicendum, quod non accipit  
tur similitudo in cognitione angeli uespere & ma-  
ne s̄m hoc, quod uespere & mane diei temporis  
sunt cum tenebrarum admittance: sed magis s̄m  
rationem principii & termini, ut dictum est. Vñ  
pōt dici, quod omnis intellectus creatus, in quocum-  
tum est ex nihilo, tenebrosus est, comparatus cre-  
tati intellectus diuini. Habet autē lucis admittance-  
nem in quantum diuinum intellectum imitatur.

AD 11. Dicendum, q̄ quis per uerbum cognoscitur  
modo

modo cognoscant angeli res factas & factas: tñ alio mō cognoscūt angeli res factas p verbū, alio mō res factas per propriā naturā secundū similitudinem eius. quam pangs se habent & secundū hoc matutina cognitio a vespertina distinguitur.

Ad III. Dicendum, quod quamuis res expressus represententur in verbo quam in formis intellectus angelici: tamen forma intellectus angelici sunt magis rebus proportionata: & quasi eis adequata: & ideo ista cognitio dicitur esse rerum in propria natura & non prima.

Ad IIII. Dicendum, quod sicut vna tota scientia, comprehendit sub se diversas scientias particulares, quibus conclusiones diversae cognoscuntur, ita etiam ipsa vna cognitio angeli quae est quasi quoddam forum comprehendit sub se cognitionem matutinam & vespertinam quasi partes, sicut mane & vespere sunt partes diei temporalis.

Ad V. Dicendum, quod non oportet quantum ad omnia spiritalia corporalibus similia esse. non igitur cognitio rerum in verbo propter hoc dicitur matutina; quia in aliquam maiorem cognitionem crescat: sed quia ad aliquam cognitionem inferiorem terminatur, ut dictum est.

Ad VI. Dicendum, quod cognitio matutina precedit vespertinam ordine naturae respectu vnius, & eiusdem rei: sed respectu diversarum rerum vespertina cognitio prioris intelligitur esse prior cognitione matutina posterioris, prout in cognitione attenditur ordo respectu rerum cognitarum.

Et ideo Genesis vespere antemane ponit hac necessitate, quia opus primae diei est lux, quam Aug inteligit spirituale naturam, quae illuminatur per cognitionem ad verbum. Angelus autem seipsum primo in seipso cognovit naturali cognitione, & in se cognito non in seipso permansit, quasi seipso finiens & in se finem ponens. sic. n. nox factus est, ut angeli qui peccaverunt: sed cognitionem suam in Dei laudem retulit; & sic ex sui contemplatione convertit in verbi contemplationem, in quo est mane sequentis diei, sicut in verbo accepit cognitionem sequentis creaturae, sicut in verbi.

Sicut autem videmus in tempore continuo, quod idem nunc est duorum temporum, prout est finis praeteriti & principium futuri: ita matutina cognitio secundae diei est prima diei terminus, & secundae diei initium: & sic deinceps usque ad diem septimum.

Ad VII. Dicendum, quod non est eadem cognitio artificialis secundum quod cognoscitur ex forma artis, & secundum quod cognoscitur ex ipsa re facta. Prima. n. cognitio est universalis nisi secundum quod intuetur aliquam domum factam. Et praeterea non est simile omnino: Ars enim creata magis est proportionata, & adaequata rebus artificialibus, quam ars increata rebus creatis.

Ad VIII. Dicendum, quod angelus in principio suae creationis non fuit beatus, nec per essentiam Verbum vidit, unde nec cognitionem matutinam habuit: sed primo habuit vespertinam, & ex vespertina profecit in matutinam. vñ signanter primus dies mane non debuit habuisse, sed primo vespere, quod vespere transiit in mane: quia lux illa spiritualis quae primo die facta est, substantia angelica statim facta seipsum cognovit, quod fuit cognitionis vespertinae & hanc cognitionem retulit ad laudem verbi, in quo facta est ei cognitio matutina. Et propter hoc dicitur Genesis. I. Factum est vespere & mane &c.

Ad IX. Dicendum, quod cum cognitio vespertina

A a matutina distinguitur ex parte medij cognitionis, & non ex parte rei cognita: cognitio creatoris per creaturam est vespertina: sicut econtrario cognitio creaturae per creatorem est matutina. Unde quantum ad hoc ratio recte procedit.

Ad X. Dicendum, quod mens fortis rebus divinis intenta dicitur aliorum obliuisci, non quidem quantum ad scientiam: sed quantum ad rerum estimationem: quia illa quae nobis in creaturis maxima videbantur, divina celsitudine considerata minima iudicamus.

Ad XI. Dicendum, quod cognitio rerum in verbo est perfectior, quam cognitio earum in propria natura in quantum verbum clarius representat unamquamque rem quam creata species. Res autem esse verius in seipsis quam in verbo, potest intelligi dupliciter. Vno modo, ut habeant nobilius esse in se, quam esse quod habent in verbo quod falsum est: quia in seipsis habent esse creatum, in verbo autem increatum: & ita esse quod habent in seipsis est secundum quid respectu illius, quod habent in verbo. Alio modo ut res sit perfectius haec in seipsa, quam in verbo, & hoc quodammodo verum est. res enim in seipsa materialis est: quod est de ratione quaedam rerum, in verbo autem materialis non est: sed sibi similitudine habens, quantum ad formam & materiam. Et in quibus hinc hoc, quod est talis res in verbo, sit quod in se perfecta cognoscitur per verbum, quia per seipsum etiam in quantum est talis: quia perfectius representatur etiam propria rei ratio in verbo, quam in seipsa, quamuis secundum propriam rationem existendi sic, verius sit in seipsa. Cognitio autem sequitur formae representationem, unde res cum non sit in anima, nisi secundum quid per suam similitudinem, simpliciter tamen cognoscitur.

Ad XII. Dicendum, quod ipse Deus est proprius & immediata causa uniuscuiusque rei, & quodammodo magis intima cuiusque, quam ipsum sit intimum sibi, ut Augustinus dicit.

Ad XIII. Dicendum, quod formae non transfunduntur in res: sed econverso a verbo transfunduntur in res, unde non est simile de cognitione rerum in speculo & in verbo.

ARTICULUS XVII. Vtrum angelica cognitio sufficienter dividatur per matutinam & vespertinam.

DECI MOSEPTIMO queritur, vtrum cognitio angelica sufficienter per matutinam & vespertinam distinguitur. Et videtur quod non, ut epim dicit Au. 2. super Gen. ad litteram. Cognitio vespertina est, quia res cognoscitur in seipsa, matutina vero, cum refertur in laudem creatoris: & sic cognitio matutina videtur a vespertina distingui per relatum & non relatum: sed praeter cognitionem creaturam in seipsa relatum ad verbum & non relatum, est accipere aliam creaturam cognitionem magis differenter ab eis, quam differat aliqua istarum ab alia, si cognitionem creaturarum in verbo. ergo matutina & vespertina cognitio, non sufficienter dividunt cognitionem angelicam.

¶ 2 Prae. Au. 2. super Gen. ad litteram ponit triplex esse creaturam, vnum quod habet in verbo, aliud quod habet in propria natura tantum, tertium quod habet in mente angelica: sed penes primum esse, & sicut accipitur cognitio matutina & vespertina. ergo penes tertium, debet accipi tertia eius cognitio. ¶ 3 Prae. Cognitio matutina & vespertina distinguitur per hoc, quod est cognoscere res in verbo, & res in propria natura, & per hoc quod est cognoscere res factas,

Ep. 4. 18. 22. 1. 4. 0. 23. 22. 23. 10. 3.

C. 1. & li. 2. c. 10. 2.

tas, & siēdas: sed hæc possunt quadrupliciter diuersificari. Vno modo, ut dicantur cognoscere res fiēdas in uerborum modo factas i uerbo: tertio modo factas in propria natura: quarto modo fiēdas in propria natura, quæ quidem uidetur esse inutlis coningatio: quia in propria natura non cognoscitur aliquid antequam sit. ergo saltem oportet tres esse cognitiones angelicas, & sic insufficienter distinguitur per duas.

¶ 4 Præter. Vespere & mane dicuntur in cognitione angelica, ad similitudinem dici temporalis. sed in die temporaliter mane, & uespere est meridies. ergo & in angelis inter cognitionem matutinam & uespertinam debet poni meridiana.

¶ 5 Præter. Angelus non solum cognoscit creaturas, sed et ipsi creatorē: sed cognitio matutina & uespertina in angelis distinguitur quantum ad cognitionem creaturæ. ergo præter cognitionem matutinam & uespertinam in angelis est assignare tertiam.

¶ 6 Præter. Cognitio matutina & uespertina prinēt ad cognitionē gratiæ: alias angeli mali haberent cognitionem matutinam & uespertinam, quod non uis esse uerum, cum in demonibus non sit dies, uespere autem & mane sint dici partes. ergo cum cognitio naturalis sit in angelis præter gratiam, uideatur, quod sit in eis ponere tertiam cognitionem.

SED CONTRA, cognitio matutina & uespertina distinguuntur per creatum & increatum: sed inter hæc nihil est medium. ergo nec inter cognitionem matutinam & uespertinam.

RESPON. Dicendum, quod de cognitione matutina & uespertina dupliciter loqui possumus. Vno modo quantum ad id, quod cognitionis est, & sic inter utrumque nihil cadit medium. Cognitio enim matutina a uespertina distinguitur, ut supra dictum est, per medium cognoscendi: quod quidem si creatum est, facit cognitionem uespertinam quocumque modo: si autem increatum, facit cognitionem matutinam: non potest autem aliquid esse medium inter creatum & increatum. Si autem consideret quantum ad rationem matutini & uespertini, sic cadit inter ea aliquod medium duplici ratione. primo, quia mane & uespere sunt partes diei, dies autem est in angelis per illustrationē gratiæ sicut

Dr. præced.

li. 4. sup. Ge. ad littera ca. 22. & 23. 20. 3.

Aug. ubi non se extendunt ultra cognitionem gratuitam bonorum angelorum, & sic naturalis cognitio est præter has duas. Secundo, quia uespere inquit huiusmodi, terminatur ad mane, & mane ad uespere. unde cognitio rerum in propria natura, non quælibet potest dici uespertina, sed illa tantum quæ refertur in laudem creatoris: sic enim uespere redit ad mane. & sic cognitio demonum, quæ habent de rebus, nec est matutina, nec uespertina, sed solummodo cognitio gratuita, quæ est in angelis beatis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cognitio rerum in propria natura semper est uespertina, nec relatio eius ad cognitionem i uerbo facit eam matutinam, sed facit eam terminari ad matutinam. Non ergo dicitur, quod angelus cognitionem matutinam habeat, quia cognitionem rerum in propria natura ad uerbum refertur, quasi ipsa cognitio relata sit cognitio matutina: sed quia ex hoc quod refertur, incertetur cognitionem matutinam accipere.

AD II. dicendum, quod illa procederet si cognitio matutina, & uespertina distinguerentur ex parte rei cognite, sic. nec est triplex cognitio, secundum triplex esse cognoscibile de rebus. Cuius autem cognitio matutina distinguitur a uespertina penes medium cognoscē

di, quod est creatum uel increatum, per utrumlibet istorum medium quod dicitur illi esse cognoscitur: & sic non oportet tertiam cognitionem ponere.

AD III. Dicendum, quod omnis cognitio que est in uerbo, uocatur cognitio matutina, siue sit res iam facta, siue non sit facta: quia talis cognitio est conformis diuinae cognitioni, quæ cognoscit omnia simpliciter antequam fiat, sicut postquam facta sunt: & tamen omnis cognitio rei in uerbo est rei, ut siende, siue sit res iam facta, siue non, ut siendum non dicat tempus, sed exitum creature a creatore: sicut est cognitio artificii in arte, que est eius secundum suum fieri, quamuis eorum ipsum artificiatum iam sit factum.

AD IIII. Dicendum, quod Aug. notat cognitionem matutinam, quæ est in plena luce, unde continet sub se meridianam, unde quæque notat eam diuinam, quæque autem matutinam. Vel potest dici, quod omnis cognitio intellectus angelici habet tenebras ad illas ex parte cognoscentis. Unde nulla cognitio alicuius intellectus angelici, potest dici meridianam: sed sola cognitio qua Deus cognoscit omnia in seipso.

AD V. Dicendum, quod eadem cognitione uerbum cognoscitur, & res in uerbo. unde eadem cognitio uerbi dicitur matutina. Et hoc patet, quia septima dies quæ significat quietem diei in seipso, habet mane, unde matutina cognitio est factum, quod angelus Deum cognoscit.

AD VI. patet responsio ex dictis.

QVÆSTIO IX.

DE COGNITIONE SCIENTIÆ angelicæ per illuminationem, & loquutionem in septem articulos diuisa.

¶ Primo, querit, Vtrum vnus angelus alium illuminet.

¶ Secundo, Vtrum angelus inferior semper illuminet superiores: uel quandoque a Deo illuminetur.

¶ Tertio, Vtrum vnus angelus, alium illuminando purget eum.

¶ Quarto, Vtrum vnus angelus alius loquatur.

¶ Quinto, Vtrum interiores angeli loquuntur.

¶ Sexto, Vtrum requiratur determinata distantia localis ad hoc ut vnus angelus alius loquatur.

¶ Septimo, Vtrum vnus angelus possit alius loquuta quod alij loquutiones eius non percipiant.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum vnus Angelus alium illuminet.

QVÆSTIO est de Cognitione scientiæ angelicæ. Et primo queritur, vtrum vnus angelus alium illuminet. Et uidetur quod non: quia ut dicit Aug. solus Deus potest mentem formare: sed illuminata uel illuminata, ergo solus Deus potest angelum illuminare.

¶ 2 Præter. In angelis non est aliud lumen, nisi gratia & natura: sed lumine nature vnus angelus alium non illuminat, quia vnusquisque habet naturalia sua in mente: ergo solus Deus potest angelum illuminare.

¶ 3 Præter. Sicut se habet corpus ad lumen corpale, ita spiritus ad lumen spirituale: sed corpus illuminatur a lumine superexcellenti, non illuminatur a lumine inferiori lumine: sicut aer illuminatur a lumine inferiori lumine, sicut a luna, ergo cum plus excedat spiritus